

1715.

21^a; ^b Thomasius, Christianus : De iure adimplimenti
literarum cambialium horris causa. 3 Exempl.

22^a; ^b; ^c Thomasius, Christianus : De obligacione ex promissione
rei incertae 3. Exempl.

23^a; ^b; ^c Thomasius, Christianus : De revocatione facta mandati
juris civilis 3 Exempl. 1715, 1724; 1738

24^a; ^b; ^c Thomasius, Christianus : Praecepta juris patrocularum
ecclesiarum protestantium vulgares capita. 3 Exempl.
1715-1737

25^a; ^b Thomasius Christianus : De remissione facta
prignoris per consensum, sive expressum, sive tacitum
creditoris in novam appigurationem. 2 Exempl. 1715;
1738.

26^a; ^b Thomasius, Christianus : De actione injuriarum. 2 Exempl.
1715-1735.

26^c Thomasius, Christianus : Von den Beschimpfungs-Klage.
Im Festschrift ... Von C. T. 1741.

27^a^o^t Thomasius, Christianus : De legum iuris Justinianae
sive preceps an origines usus practicus in force
Germaniae. 2 Decret. 1715-1728

28^b^o^c Thomasius, Christianus : De praesumptione alibi
Civitatis 3 Decret. 1715, 1725-1749

Pra. 8. num. 9. 3

4
DISSERTATIO JURIDICA,
^{DE}
**JUDICE EXTRA
ACTA ALIQUID
ADSERENTE,**

^{quam}
adnuente diuina gratia,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

D N. CAROLO,

PRINCIPE BORUSSIÆ, MARCHIONE BRANDEN-
BURGICO, RELIQUA,

In Illustri Fridericiana,

PRÆSIDE

**JACOBO FRIDERICO
LUDOVICI,**

J. U. D. ET PROF. PUBL. ORDINAR.

Ad d. Septembr. MDCCXV.

H. L. Q. C.

Placido eruditorum examini submittit

JOHANNES CHRISTIANUS Böhm/
Arnsaugensis Saxo.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,
Litt. CHRISTIANI HENCKELII, Aead. Typogr.



DISSESTIT C. JORDIUS
UDIGE EXTRIA
ACTA ANGELIC
ADSEBBATH
RECTORIS MAGNIFICENTIA
D. M. CARO
THEATRUM HISTORICO
ACTA ANGELIC
C. M. CHRISTIANUS



Q. D. B. V.

DISSERTATIO JURIDICA

DE

JUDICE EXTRA ACTA ALIQUID
ADSERENTE.

CONTENTA TOTIUS DISSERTATIONIS.

Judices in rebus publicis necessarii sunt, § I. debent illi primario ad jus respicere, unde vocantur ministri legum & jus animatum, § II. deinde etiam factum considerandum est, ejusque pratio, § III. facti probatio ex actis est desumenda, § IV. descriptio aliorum. An appellatio instrumenti acta judicialia veniant? § V. acta judicij & acta cause, acta adsertoria & probatoria, § VI. acta judicialia & manualia, priora hic proprie pertinent, § VII. formatur status controversiae. Non est quæstio de eo casu, quando judex contra acta aliquid adserit. Sententia contra acta lata est ipso jure nulla, § IX. distinctio tantum, an sententia se referat ad acta precise & specialiter, nec non per modum cause, an vero generaliter & enuntiatu, § IX. que relictur, § X. applicatio distinctio- nis inter acta adsertoria & probatoria. Sententia nulla est, quando judex rationem decidendi ex actis adsertoriis desumit, § XI. de ca- su, quando judex sine actis aliquid adserit. Judex in causis leuioribus non est adstrictus ad acta confiencia, ipsi tamen sine actis ali- quid adserenti plena fides non adhibetur, nisi prius partes super rela- tione ipsius auditæ fuerint, § XII. quæstio principalis: utrum judi- ci extra acta aliquid adserenti credatur? quæstio prejudicialis: utrum registratur & precise a secretario, vel actuario judicij confici de- beant,

beant, an vero ille etiam probent, que ab ipso judice sunt confessae, & porro, an etiam judex extra acta quid adserat, si ad registraturas a se ipso confessas provocat? nonnulli DD. juxta jus canonicum praecise requirunt, ut registratura ab actuario conscientur, §. XIII. quod tamen hodie in causis ciuilibus non est necessarium, §. XIV. quid in criminalibus obtineat? §. XV. judex in causa ipsum concer- nente registraturas confidere non potest, §. XVI. rationes pro adfir- mativa, quod judici extra acta aliquid adserenti credendum sit, §. XVII. contraria tamen sententia, negativa scilicet, prferenda, §. XIX. conciliatio duarum propositionum, scilicet, quod pro judice presumtio militet, & quod tamen ipsi extra acta aliquid adserenti non credatur, §. XIX. acta adcurate sunt conscribenda. Quere- la Justiniani de actis adcurate non confessis. Confutatio potentissimi Borussia regis de hacre, §. XX. questio admodum controversa: utrum judex secundum acta & probata, an vero juxta propriam con- scientiam & scientiam judicare teneatur? dissentunt DD. §. XXI. Zieglerus illi opinioni subscrbit, quod juxta propriam scientiam, non vero juxta acta & probata judicare teneatur, & casus aliquos singit atque supponit, §. XXII. confutat etiam dissentientium & pricipue Couarruie argumenta, §. XXIII. argumenta, que Zieglerus pro adserenda sua sententia adducit, §. XXIV. nostra sententia. Duo distincti casus, an judex esse possit, qui probatio- nes in actis adlatas falsas esse nouit, & deinde, an is, qui judex est, contra conscientiam judicare queat? §. XXV. negatur, eum judicem esse posse, qui probatio-nes in actis adlatas falsas esse nouit, §. XXVI. occurritur dubio, ac si ita veritas occultetur, §. XXVII. dubia Frantzii & Ziegleri contra nostram sententiam, §. XXVIII. ostenditur, hec dubia petitionem principii inuoluerent, §. XXIX. maxima confusio meruenda esset, si judicibus permit- teretur, ut simul testes esse possint, §. XXX. nec etiam sententia judicis inferioris contra acta & probata judicantis in judicio su- periori effectum habere potest, §. XXXI. notatur consilium Frantz- kii, quod judex, qui reum innocentem esse nouit ex priuata scien- tia, carceres aperios relinquere queat, ut reus incarcerated ausu- giat, §. XXXII. notatur etiam Zieglerus, dum statuit, judicem

se

CONTENTA TOTIUS DISSERTATIONIS.

§

secundum acta probata judicare debere, licet sciat, eum esse non centem, §. XXXIII. de quæstione, utrum judex contra aliquem procedere queat ex conscientia principis, licet ipse judex acta & probata in promptu non habeat? §. XXXIV. judici extra acta aliquid adserenti non creditur, quamvis factum notorum esse dicatur, §. XXXV. an judici credatur, qui adserit, quod fama praecesserit? distinguunt DD. §. XXXVI. que distinctiones rejiciuntur §. XXXVII. non creditur judici extra acta adserenti, quod denunciatio inquisitionem precesserit, §. XXXVIII. applicatur & extenditur hoc ad alios actus in processu criminali obvenerientes, §. XXXIX. non creditur judici, qui in literis requisitorialibus, der Urtheilstage, aliquid adserit, quod in actis non habetur, §. XL. quomodo fraudibus occurri posse, qua hic interdum a judicibus admittuntur? §. XLI. quid si judex in literis requisitorialibus aliquid adserat, quod ad fauorem inquisitio rendit? §. XLII. quid faciendum de eo casu, si judices non integra acta, sed excerpia solum ex actis ad collegia juridica transmittunt? §. XLIII. quia madmodum judici extra acta aliquid adserenti non creditur, ita nec membris colligiorum juridicorum, qui tale quid adserunt extra acta, §. XLIV. quemadmodum judici in causis criminalibus extra acta aliquid adserenti non creditur, ita nec in eodem casu in causis ciuilibus ipsi sides habetur, §. XLV. judex, qui in causis ciuilibus aliquid decernere vult, acta semper ad manus habere debeat, §. XLVI. quæstio: utrum creditur attestatio judicis in decreto, vel sententia de iis, que coram ipso gesta sunt, quamvis in actis de iis nihil habeatur, & quamvis a sententia adpellatum fuerit? §. XLVII. Carpzouii argumenta pro affirmativa, quod attestatio fides habenda sit, §. XLIX. responso ad primum argumentum Carpzouii, §. L. ad tertium, §. LI. argumenta pro nostra sententia §. LII. responso ad exceptiones Carpzouii contra hæc argumenta, §. LIII. casus specialis, ubi judex adserebat, quartam subhæc sententiam factam frustra volente licitatore, de quo tamen in actis nihil reperiatur, cum responso facultatis juridice Hallensis, §. LIV. de casu, quando judex testatur, adpellationem coram se hoc, vel altero die interpositam esse §. LV. judici de consuetudi-

netestanti non creditur, nisi actus aliquos in specie adducat, §. LVI. ratio, quare judici extra acta prima aliquid adferent non creditur, §. LVII. judex superior extra acta prima instantie non potest decernere, §. LIX. acta prima instantie integre sunt edenda, non in filza, §. LIX. quid, si acta prima instantie plane amissi fuerint, §. LX. legato de latere non adhibetur fides, si extra acta quid adserit, §. LXI. nec cardinali legato, §. LXII. nec habetur duabus judicibus fides, si extra acta quid adserunt, §. LXIII. quid si in sententia quid adseratur, que in rem judicaram transfit, & tamen acta non reperiuntur, ad qua illa res judicata se referit, §. LXIV. quoad jus judex aliquid adferere potest, licet illud in actis adductum non reperiatur, §. LXV. quoad factum duos casus distinguit Zieglerus, an scilicet judex suppleat per modum fictionis, an per modum explicatio[n]is, & hoc posterius permisum esse censet, LXVI. primum Ziegleri exemplum, quo ostendere vult, judicem per modum explicationis factum supplere posse, §. LXVII. quod rejicitur, §. LXIX. alterum exemplum §. LXIX. quod pariter incongruum esse ostenditur, & hinc tota distinctio Ziegleri rejicitur, §. LXX. an judex in causis personarum misericordiam, prius & publicis extra acta in facto aliquid supplere queat? §. LXXI. conclusio dissertationis, §. LXXII.

§. I.



Elicissimi sine dubio essent mortales, si nullis judicibus indigerent. Et certe non indigent illis, si modo juxta voluntatem benignissimi creatoris studium pacis excoletent, mutuo eoque insucato amore sese completerentur, atque ab omnibus inanibus litigiis prorsus abstinerent. Sed proh dolor! postquam primi parentes primæa integritate exciderunt, & dicente Apostolo per unum hominem peccatum in mundum introiit: loco pacis

pacis bella inter homines exorta sunt, jurgia, rixæ, calidæ machinationes, fallacie & fraudes. Hoc ergo misero statu supposito maxima est mortalium felicitas, quod judicia bene instructa in rebus publicis deprehendantur, unde jam olim sapientes Hebrei dixerunt: *ora pro pace regni, nisi enim metus (magistratus, judicia) esset, alter alterum devoraret viuum, v. Besold. synops. doctr. post. in præcogn. §. 42.*

§. II.

Necessarius itaque judex, ut lites inter subditos obuenientes legitimo modo dirimat pacemque restituat. Quando autem judex controversias exortas compone-re intendit, ad duo respicere debet, scilicet ad *jus* & ad *factum*, siue ad circumstantias in facto obuenientes, quæ *jus* variant. Quia ad *jus* tamquam normam respicere debet, vocatur minister legum, qui non de legibus, sed secundum illas judicat, prout loquitur Meuius p. 2. dec. 73. ne scilicet voluntate judicum magis, quam legitima autoritate lites dirimantur, dicente Justiniano in I. 2. §. 17. C. de vet. jur. encl. imo judex hoc intuitu *jus animatum* vocatur, v. Struu. S. I. C. exerc. 44. th. 14.

§. III.

Deinde etiam ad factum respicere debet judex, scilicet non ad illud, quod nude allegatum, sed quod rite probatum esse deprehenditur. Multi multa garriunt, non scripta minora & libellos supplices, sed volumina plane judici offerunt, in quibus plurima recensentur, quæ aduersa pars contra leges perpetrauit. Sed cui usui? certè parti aduersæ sufficit vulgatum illud: nego narrata, prout narrantur, quia negatione facta grande illud oblatum volumen omni prorsus effectu destituitur. Si accusare sufficeret, quis foret innocens? actori incumbit probatio.

§. IV.

§. IV.

Facti probatio ex actis est dijudicanda, unde quando acta ad collegia juridica transmittuntur & sententiae a collegiis ipsis expertuntur, in literis requisitorialibus peti solet, ein denen Rechten und Acten gemässes Urtheil in der Sachen abzufassen, & hoc quoque est, quod dicitur, judicem non supplere, nec ejus rationem habere debere, quod in facto consistit & de quo in actis non adpareat, l. 6. §. i. ff. de offic. presid. Meu. p. i. dec. 87. num. 8. & 9. ex diverso autem ea, quae in actis probata sunt, notorium inducunt, Pruckmann. vol. i. conf. 14. num. 142. Finckelth. obs. 44. num. 2. quod tamen intelligendum est intuitu partium litigantium, non vero intuitu aliorum, quos causa controversa non tangit.

§. V.

Acta juxta Besoldum in thesaur. pract. voc. Gerichts-Acta dicuntur, quae continent gesta inter litigantes coram judge, adeoque negotia actis insciuata & omnia, quae facta sunt in judicio, vel qualiquali judicii forma, prout scilicet judicium vel ordinarium est, vel summarium. Posset etiam acta describere, quod sint instrumentum publicum continens ea, quae coram judge peracta fuerunt & in causis voluntariae & contentiose jurisdictionis, quamvis nobis de causis contentiose jurisdictionis principaliter hic sermo sit. Adseritionem Thessauri, quem adducit Besoldus loc. cit. quod scilicet adpellatione instrumenti non veniant acta judicialia, non curamus, tamquam genuino fundamento destitutam. Acta vero & actitata nobis idem significant. Conferri hic etiam potest Friderus Mindanus l. 2. de mandat. c. 66. num. 3.

§. VI.

Robertus Maranta adducente Rüdingero sing. obser-
nat.

ACTA ALIQUID ADSERENTE.

9

uat. cent. i. oſſ. 8. num. i. inter acta judicij & acta cauſe diſſer-
tentiam conſtituit. Acta judicij ipſi dicuntur illa, que
tendunt ad litis ordinationem, prout eſt libellus, litis con-
teſatio, terminus probatorius, ſatiſdatio & alii ſimiles
actus, acta cauſe autem ea, que ad litis decisionem ten-
dunt, prout ſunt depositiones teſtium instrumenta, con-
feſſiones & ſimilia acta probatoria. Alii ea, que Maran-
ta acta judicij vocat, adſertoria adpellant, acta cauſe au-
tem acta probatoria, de qua diſtincſione infra §. XI. videbi-
mus.

§. VII.

Alias acta diuidi ſolent in *judicialia* & *manualia*, ſtilo
practicorum. *Judicialia* ſunt ea, que in judicio adſer-
uantur & in quibus ſcripta partium originalia, Registraturae
judicis, (de quibus in ſpecie egit Dr. Hertel in *disp. de regeſtis judicialibus*.) protocolla & decretala deprehen-
duntur certo ordine diſpoſita: *manualia* autem ſunt acta
priuata, que quilibet ex clientibus pro notitia ſua conſi-
cit, ac in quibus copiae ſcriptorum judici oblatorum, re-
gistraturarum, decretorum & ſimilium inueniuntur.
Judicialia acta hujus loci ſunt, & hinc quando dicitur,
acta inducere notorium & euidentiam, I. 6. C. de re judic. Gail. i. obſeru. 134. n. 13. & 16. Ruding. cent. i. oſſ. 8. n. 10. v.
ſupra §. IV. hoc proprie ad acta judicialia pertinet. In-
terim tamen acta manualia quoque ſuam utilitatem ha-
bent, ſi enim acta judicialia mutila & manca ſunt, illa ex
manualibus partium ſupplenda ſunt, Brunnem. proc. cim.
c. 28. n. 62. Meu. p. 2. dec. 69.

§. II X.

His ita generaliter præmisſis jam iſum controuer-
ſiꝝ ſtatū paulo adcuratius formemus. Scilicet, non

B

est

60



est quæstio de eo casu, quando judex *contra acta* aliquid adserit, quod interdum fieri solet, quando judex *acta* non adhibita debita, diligentia, sed fugitiuo saltem, quod ajunt, oculo, perlustravit & pro ratione decidendi certam facti circumstantiam supposuit, quasi illa in *actis* probata reperiatur, ubi tamen nulla probatio in *actis* adparet, vel contrarium plane ibi habetur. Ejusmodi sententia sine dubio ipso jure nulla est. Sebastianus, Vantius in tract. de nullit. process. ac sent. rubr. de nullitate ex defectu processus & formæ ipsius sententia num. 128. & 129. hac dere ita: si sententia, inquit, lata esset ex causa notorie falsa, tunc ipso jure nulla esset, unde, pergit, si sententia expresse se ad aliqua *acta*, non vera, seu nulla, vel erronea retulisset, pura, quod dixisset, (judex) quia nobis constat per talem & talem, testes, &c. vel per tale instrumentum, &c. te debitorem, ideo te condemnno: & inspectis homini testibus, seu instrumentis, ad quæ specialiter sententia per modum causæ se referebat, de errore ipsius constaret, sententia esset nulla. Idem paulo post obtinere dicit, si sententia judicis se referret ad probationes a jure reprobatas, puta, si judex dixisset, quoniam probatum est per duellum, vel experientiam ferri carentis, &c. ideo condemnnamus, &c. quamuis, si dicendum, quod res est, judex hic potius contra jus, quam contra *acta* pronunciauerit, & sic sententia eo magis nulla sit, v. l. 2. C. quand. prouoc. non est necess.

§. IX.

Ea vero, quæ Vantius loc. cit. num. 230. subjungit, non dum intendo. Si vero, ait, sententia, ad *acta* in specie per modum causæ se non referret, sed potius generativer & enunciatiæ, (ut puta, quando dicitur, *visis actis* &c.)

vel

vel quoniam nobis constat, ideo te condemnō, &c. tunc licet error deprehenderetur in actis, nihilominus sententia ipso jure valeret, ex quo potuisset judex probatio-nes alias recepisse, quae non essent in actis redactæ, vel animum suum ex confessione partium, seu aliunde infor-mare, juxta dictum Baldi in *L. quorius*, §. i. ff. *de probat.* ideo sententia quasi contra jus partis lata valeret, secundum communem sententiam scribentium. Ad invalidan-dam itaque sententiam per modum erroris in actis ex-pressi requiritur, quod sententia *præcise* referat se *per mo-dum causæ* ad aliqua acta, quæ erronea detegantur, & er-ror hujusmodi sit patens & inexcusabilis, tunc namque error & nullitas actorum hujusmodi propter expressam relationem sententiæ inesse censetur. Hactenus verba Vantii.

§. X.

Distinguit ergo Vantius, utrum sententia se referat ad acta *præcise* & *specialiter*, nec non *per modum causæ*, an vero *generaliter* & *enunciatiue*. Priori casu ea obtinere putat, quæ §. *preced.* adseruimus, non autem posterio-ri, si judex solum dicit *viss. actis.* Ego vero, quod in-genue fateor, inter utrumque casum nullam hactenus in-uenire potui differentiam. Siue enim judex generaliter, siue specialiter ad acta se se referat, relatio autem ista actis contraria sit, semper eadem decisio manet, quod senten-tia vitio nullitaris laboreti. Quæ enim, quæsio, hoc intui-tu est diversitas inter *generale* & *speciale?* mendacium generale & speciale ratione turpitudinis non differunt. Diuersus modus adestit, si judex generaliter, vel specialiter se ad acta, sed falso, refert; verum modus ipsam rem non variat. Quid vero sibi volunt verba, quæ

B 2

Van-

Vantius ex Baldo adfert: *ex quo potuisset iudex probatōnes aliquas recepisse, quae non essent in actis* (sunt verba citati auctoris) *reductae, vel animum suum ex confessione partium, vel aliunde informare?* sane hoc casu iudex neque generaliter, neque specialiter ad acta se se refert, & ergo hæc a statu controveritur, quem formaverat Vantius, plane ablutunt. *Judex hic, non contra, sed extra acta aliquid adserit, de quo casu nos in præsenti dissertatione ex instituto agere constituimus.*

§. XI.

Diximus supra §. VI. quod acta diuidantur a nonnullis in acta judicii & cause, siue juxta alios in acta adsertoria & probatoria, v. Brunnern. proc. ciu. c. 28. n. 30. videndum itaque, quomodo hanc distinctionem adplicant doctores. Scilicet sententiam validam esse dicunt, quando se refert ad acta probatoria, testium depositionem, instrumenta, &c. incertam vero esse sententiam ac dubiam, quando iudex ad acta adsertoria, siue enunciatiua se refert, v. g. ad libellum, positiones, &c. Vantius loc. cit. num. 105. Evidem alias expediti juris est, sententiam subsistere, quamvis se se referat ad libellum, v. g. quando pronunciatur, dass Beiflager die libellirte Summe Klägern zu bezahlen schuldig; verum DD. citati ad hunc casum non respiciunt, sed ad illum solummodo, quando iudex rationem decidendi in conceptione sententiae ex libello, vel ex positionibus desumit. Hic utique peccat iudex, libellus enim non efficit probationem, interim, quando ad priorern questionem in §. IIX. propositam revertimur, sententia non solum nulla est, si iudex contra acta probatoria pronunciat, sed eadem quoque nullitas adest, si contra adsertoria acta sententiam fert, id est, si in ali-

aliud condemnat, quam quod petitum fuit, sententia enim libello conformis esse debet, c. 31. X. de simon. ibi. *ad* juxta *judicij formam sententie quoque forma dicitur.*

§. XII.

Diximus de judice, qui contra acta aliquid adserit, quid jam de eo statuendum, qui *sine actis* adserit, id est, quando nulla plane acta de negotio controvesso confecta fuerunt? ante omnia obseruandum, quod necessitas conficiendi acta judici remissa sit in causis letioribus, siue summiariis, neutquam vero in ordinariis & grauioribus. Jam de proposita quæstione ita statuit Gaiius i. obs. 134. num. 18. in breuioribus, inquit, statur nuda adsertioni judicis. Si enim nuncii relatio fidem facit, l. apparitores. C. de ex-acti. tribut. lib. 10. cur non æque judici credendum in causis breuioribus, maxime si inter personas viles lis agitetur, auth. niss breues, C. de sentent. ex breuic. recit. ubi Bartolus hoc inducit ad compromissa, quæ ea conditione fiunt, ut coram arbitris in scriptis, vel sine scriptis procedi possit, quia, inquit, per hoc videntur partes velle, ut nuda relationi arbitri credendum sit, & dicit, hoc perpetuo menti tenendum. Ita Gaiius. Consentit quidem cum eo Brunemannus proc. ciu. v. 28. n. 62. inf. verum recte sub-jungit, *partes super relatione judicis audiendas esse, ante quam illi relationi plena fides adhibeatur.* Eadem est opinio Meuii p. 5. dec. 74. si judex, inquit, acta edere tenetur, (judici superiori,) nulla autem sunt conscripta, dum forte leuato vel sine scripto actum, relatio judicis transmitti solet, eaque recipitur quidem, sed fidem plenam non habet, nisi prius ea communicata & audit a utraque parte, qua in illam consentiente (relatio) actorum instar est, altera (parte) impugnante non ultra attenditur, quam non repugnat

iis, quæ postea in actis deducentur, in quibus fidem supplere valet, ideo plane non rejicitur. Non obstat argumentum Gailii, nuncii relatio fidem facit, ergo etiam soli judicis adsertioni standum; procedit enim illud a diuersis ad diuersa. Nuncii officium versatur solummodo circa executionem iustus judicis, v.g. circa insinuationem citationum, mandatorum, &c. super qua nunquam peculiaria acta conscribi solent: ast judici ipsi incumbit causæ cognitio & decisio, quæ regulariter sine actis conscriptis fieri non potest. Eodem modo non procedit hic argumentum Gailii, aut potius Bartoli, ab arbitro ad judicem. Arbitrarius enim ex voluntate partium judicat, quæ & modum procedendi & modum conficiendi acta pro lubitū determinare possunt, in judice vero res fecus se habet. Manet ergo, solam adsertionem judicis sine actis factam non efficere plenam probationem, nisi partes super eadem auditæ fuerint.

§. XIII.

Ceterum in praesenti nec ille casus ad nos propriæ pertinet, quando judex *sive actis* aliquid adserit, sed nos supponimus, acta judicialia extare, judicem vero aliiquid, quod in illis non habetur, & sic extra acta adserere. Quæstio itaque principalis erit: utrum judici extra acta aliquid adserenti fides haberi debeat? Quoniam vero registratura in actis obuenientes partem actorum principalem constituunt, hinc antequam ad resolutionem quæstionis propositæ nos accingamus, quæstio præjudicialis adhuc excutienda erit: utrum registraturæ præcise a secretario, vel actuarij judicij confici debeant, an vero etiam illæ probent, que ab ipso judice sunt confessæ, & per consequens, an etiam judex, extra acta aliquid adserat, si ad registraturas

ras a se ipso confessas prouocat? Meius p. 5. decif. 74. n. 2.
in not. præcise requirit, ut acta confiantur ab actuario,
vel tabellione publico. Ad acta, inquit, ut perfectam fi-
dem faciant, duo hæc requiruntur, ut in judicio fiant, &
deinde a publico tabellione, aut actuario, paria habet Fride-
rus Mindanus de mandat. l. 2. c. 47. num. 19. & 20. & Papa in
c. 11. X. de probat. idem adserit in verbis sequentibus: quo-
niam contra falsam adsercionem iniqui judicis innocens litiga-
tor quandoque non potest veram negationem probare, cum ne-
gantibus factum per rerum naturam nulla sit directa probatio, ne
falsitas veritati præjudicet, aut iniquitas preualeat æquitati:
statuimus, ut tam in ordinario judicio, quam extraordinario,
judex semper adhibeat aut publicam (*Si potest habere*) per-
sonam, aut duos viros idoneos, qui fideliter uniuersa iudicij
acta conscribant, videlicet citationes, dilationes, recusatio-
nes, exceptiones, petitiones, responsiones, interrogaciones,
confessiones, testimoni depositiones, instrumentorum producio-
nes, interlocutiones, adpellationes, renunciations, conclu-
siones, & cetera, que occurrerint competenti ordine conscri-
benda, loca designando, tempora & personas. - - Judex au-
tem, qui constitutionem ipsam neglexerit obseruare, si propter
eius negligentiam quid difficultatis emergerit, per superiorum
judicem animadversions debita castigetur, nec pro ipsis pre-
sumatur processu, nisi quatenus in causa legitimis constiterit
documentis.

§. XIV,

Quidquid vero fit de jure canonico & de opinione
nonnullorum DD. nobis cum Dn. Hertelio *in diff. de re-*
ges. judic. §. 12. contrarium placet, scilicet, registraturas e-
andem fidem mereri, siue ab actuario, siue ab ipso judice
confectæ fuerint. Actuario fides habetur, quia jurauit,
sed

Sed & judex juramentum præstítit, ergo eadem fides ipsi adhibenda. Jure ciuili, sunt verba Hertelii, nulla extat lex, neque in recentioribus quedam constitutio, judicem ejusmodi personas minus principales, in officio sibi adiungere cogens, ut adeo non ad esse, sed ad bene esse judiciorum ex omni parte sufficientissime constitutorum pertineat. Ita Suendendorff ad Fibig. rubr. de proc. arresti p. m. u74. alternatiue requirit, ut arresti concessio vela judice, vel ab actuario ad acta judicij registretur. Ita Seckendorffius im Deutschen Fürsten-Staat part. 2. c. 6. rubr. Die Berrichtung der Räthe in sechs Puncten num. 4. & 5. Dass Sie, die Räthe, auch dasjenige, was beschlossen ist, entweder, nachdem es wichtig, selbst schriftlich in reiner teutschter Sprache zierlich und nach Gewohnheit oder Stilo der Cangley abfassen, oder den Inhalt, wie es von den Secretarien aufgesetzet werden soll, in eine sonderliche Registratur-dictiren und aufzeichnen lassen. Et paulo post num. 5. nichts weniger das Führen in die Raths-Becher, oder Protocoll zu schreiben und einzuziehen, &c.

§. XV.

Hæc ita in-causis ciuilibus. In criminalibus actuarius juratus hodie requiritur, qui in Saxonia & nonnullis vicinis prouinciis in præsentia subditorum juramento obstringitur quod alibi præcise non obseruatur, sed in expeditione actuum criminalium a nobilibus de jurisdictione inuestitis Notariis ex vicina aliqua urbe adhiberi solet. Imo & in Saxonia persona directoris judicij & actuarii, des Gerichts-Verwalters und Gerichts-Schreibers, saepe in uno subjecto concurrunt, præcipue, ubi jurisdictione angustis cancellis est inclusa. Præter judicem &

& actuarium in judiciis inferioribus, maxime tempore factae litiscontestationis, examinis testimoni & confrontationis, scultetus cum duobus scabinis praesens esse debet in Saxoniam, quo etiam constitutio criminalis collimare videtur, quamvis extra Saxoniam hoc non adeo accurate obseruetur.

§. XVI.

Hoc etiam facile largimur Dn. Hertelio *loc. cit.* §. XV. quod registraturae in eo casu ab ipso judge, vel jurisdictionis domino confici non possint, quando judge, vel jurisdictionis dominus, der Gerichts-Herr, altera litigantium pars est. Nemo enim in propria causa testis idoneus esse potest, neque judge competens. Quaecunque ergo in hoc casu forsitan ad acta scribit, ea tamquam priuatus scripsisse intelligitur, & per consequens, si ex illis fundamentum probationis desumere vult, extra acta aliquid adserere censeretur.

§. XVII.

Accedamus nunc ad questionem principalem in §. XIII. propositam: *utrum judici extra acta aliquid adserenti fides haberi debeat?* pro adfirmativa pugnat generalis presumptio, quam omnes priuati & sic multo magis persona in officio publico constituta pro se habet. Judge praestitit speciale juramentum sub initium suscepti officii, & sic quemadmodum nullus aliis, ita nec ille immemor salutis aeternae presumitur, quam materiam latius profectus est B. Sam. Strykius in peculiari dissertatione, quam de presumptione pro magistratu ante aliquot annos in hac academia publice proposuit.

§. XIX.

Hisce tamen & similibus non obstantibus interpre-

C

tes

tes communiter in contrariam transeunt sententiam, sci-
l cet, quod judici extra acta aliquid adserenti fides neuti-
quam sit adhibenda, v. Brunnem. proc. inquis. c. 8. membr.
4. num. 7. & quos hic citat, Mascardum concl. 35. n. 3. &
Cothmannum vol. 3. conf. 30. num. 128. add. Oldekop. in ob-
servat. crimin. obs. 8. Prae aliis de hac materia fusius agit
Caspar Zieglerus in dicastice, sive tractatu de jud cum officio
& delictis conclus. 34. sub rubrica: peccat judex, qui extra a-
cta in facto quid supplet, & casum sibi propositum vel auger, vel
minuit, ex quo autore deinde plura ad scopum nostrum
facientia adducemus.

§. XIX.

Quomodo itaque conciliabimus illa duo: pro judi-
ce esse presumptionem bonitatis & veritatis, & deinde ta-
men: judici extra acta aliquid adserenti fidem non adhi-
beri? Sane haec sibi aperte contradicere videntur, contra-
dictoria autem simul vera esse non possunt. Sed salua res
est, & contradictione illa adparens facilis negotio tolli pot-
est. Scilicet judex & acta conjungi debent, & judex ab
actis non est separandus. Ergo quando dicebatur, pro
judice esse presumptionem, hoc ad eum casum pertinet,
quando judex talia adserit, qua in actis consignata inueniun-
tur, tertius vero quispiam, vel etiam altera ex partibus
litigantibus ea falsitate laborare contendit. Primo, in-
quit Friderus, Mindanus, l. 2. de mandat. c. 66. n. 3. seq. i-
psa judiciorum gesta & tantaque processus plenam inter par-
tes fidem faciunt absque ullis testibus, l. gesta. & ibi DD.
C. de rejud. c. fin. X. de cohob. clericor. Maranta p. 6. tit. de act.
edit. num. 23. & sicuti actis editis, quod in iis scriptu n
non reperitur, omissum esse, adeoque nunquam inter-
uenisse intelligitur: ita contra pro iis, quæ scripta in actis
funt,

sunt, judex præsumptionem pro se habet, donec & quousque contrarium, puta defectus aliquis probetur. Ex diuerso, quando dicebatur: judici extra acta aliquid adserenti fidem non haberi, hoc ad eum casum pertinet, quando talia adserit judex, quæ in actis consignata non inueniuntur. Hic ergo non consideratur ut judex, sed ut priuatus, cui in propria causa testimonium ferenti non creditur.

§. XX.

Videant ergo judices, ut acta adcurate conscribantur, & sic omnia, quæ adserunt, ex iisdem probari queant. Sed prohdolor! maximus hic saepe deprehenditur defectus hodie, imo & ipsijs jamdui Justiniani temporibus idem deprehensus fuit. Audiamus imperatorem de judicibus conquerentem in *nouellis in præsat.* quæ vero, inquit, aguntur ab eis, ad instar non actorum sunt; si enim imperauerint prouinciarum judices, nequaquam præsumunt quedam gesta monumentorum confidere apud se meti ipsos, per omnia seruientes eis defensores & illorum nutibus intendentis solis. Si vero quædam conficiantur, primum quidem etiam hæc venundant: deinde cum nullum habeant archivum, in quo gesta apud se reponant & nequaquam inuenies apud eos plurimum temporum ponit monumentum ullum penitus, sed ad heredes eorum, aut alias successiones his monumentis egentes, gesta querunt, & horum, quæ quidem inueniuntur, nulla fide sunt digna: alia vero etiam pereunt & in tantum cadunt, ut insimilitudine non actorum sint. De emendatione ejusmodi defectuum potenissimus Borussiae Rex in der allgemeinen Ordnung von Verbesserung des Justitz-Wesens §. 43. hunc in modum disponit: Es sollen die Recesse von Wort zu Wort vom Munde aus in die Feder und aufs

auf's Papier von einem dazu zu vereydigenden Secretario, über Canzelliſten gebracht, der Bescheid zu Ende des Protocolls geschrieben, und iedes Protocoll absonderlich der gestalt ad acta geleget werden, welche hier-nächst gehestet und mit beygefügtem Rotulo wohl ver-wahret werden müssen, damit solche auf Erfordern desto ehe vollkommen, und zwar mit denen hinführō bezule-genden protocollis aufgefunden werden können.

§. XXI.

Excutienda hicerit primo quæſtio illa maxime con-trouerſa: *utrum iudex secundum acta & probata, an vero jux-ta propriam conscientiam & scientiam judicare teneatur,* quamuis contrarium in actis habeatur? judicem juxta ac-ta & probata ſententiam concipere debere adſtruunt Couarruijas, Sayrus, Toletus, Azorius, Diana, Alua-rez de Velasco, Sanchez, Cujacius, Gregorius Tholo-fanus, Pileus Modicensis, Seraphinus de Seraphinis, Scaccia, Perez, aliique citatia Zieglero *in dicast. conclus.* 35. §. 9. ac Brunnemann ad l. 6. ff. *de offic. præsid. num. 2.* nec non Struvio S. I. C. ex. 44. th. 5. aliicontrajudicem ob-ſtrictum eſſe contendunt, ut juxta Scientiam propriam ſententiam concipiāt eam que Scientiam probationibus in actis deprehensis præferat, in quorum numero & theolo-gi & Icti reperiuntur, Gerhardus, Danhauerus, Riuetus, Vöetius, Hottomannus, Vasquius, Corasius, Aru-maeus, Ummius, Vinnius, Frantzkius, Zcesius, aliique apud Zieglerum *loc. cit. §. 30.* Ipſe Zieglerus huic poſte-riori opinioni calculum ſuum adjicit & peccare dicit, qui ſecundum acta & probata condemnat eum, de quo li-quidifimam hanc habet Scientiam, quod ſit inno-cens.

§. XXII.

§. XXII.

Casus sequentes fingit atque supponit Zieglerus *d.*
conclus. 35. §. 3. Meuius homicidii, vel alterius cujusdam
 criminis capitalis reus per duos, tresue, aut etiam plures
 testes conuincitur. Illa ipsa nocte, qua crimen commis-
 sum dicitur, iudex una cum Mevio extra locum delicti
 in urbe longius diffusa pernoctauit, eumque alea secum
 ludentem semper praesentem habuit. Iudex hinc certus
 est, homicidium istud a Mevio commissum non fuisse, an
 igitur condemnare eum oportebit, quia testibus conui-
 catus est? Finge, pergit, per testes probatum esse plenis-
 sime, Titium & Cajum Romæ praesentes contraxisse,
 & Titium stipulanti Cajo illic promisisse centum. Ju-
 dici liquidissime conflat, Titium per totum istum annum
 Roma non fuisse, sed Londini sibi contubernalem exti-
 ssisse. Numquid igitur præualere debebit testium depo-
 sitio huic exactissimæ judicis scientiæ? & num conde-
 mnari potius debet reus, quam absolui?

§. XXIII.

Quoniam Zieglerus, uti §. XXI. dictum, eo inclinat,
 quod iudex propriam potius scientiam, quam acta & pro-
 bata sequi teneatur, hinc primo dissentientium, præci-
 pue autem Couarruuiæ argumenta confutat §. 10. seqq.
 Primum argumentum desuntum est ex I. 6. §. 1. ff. de offic.
 præsid. ibi: veritas rerum erroribus gestarum non vitiatur, &
 ideo præses prouincie id sequatur, quod conuenit cum ex fide
 eorum, quæ probabuntur. Putat Zieglerus, hunc textum
 nihil probare, cum per illum hoc præcipue innuat, ve-
 ritatem, cuius conscius iudex est, nullis testimoniis vitari.
 Secundum argumentum petit Couarruuias ex I. rem non
 nouam. 14. C. de iudic. ubi dicitur, iudices præstito jureju-

C 3 ran-

rando olim promittere debuisse, *omnimodo se se cum veritate & legum obseruatione iudicium esse disposituros.* Responsio Ziegleri §. 14. eo recurrit, quod judex tunc etiam *cum veritate* judicet, quando judicat secundum propriam scientiam. Quando Couarruia *tertio* loco obicit, *iudicem publica autoritate fungi*, ergo quoque cum in definiendis controversis scientia publica, *tali scilicet, qua ex actis comparatur, uti debere*; Zieglerus consequentiam negat, & eum quoque *judicem publica autoritate fungi* dicit, qui *scientiam suam priuatam sequitur.* Ad argumentum quartum ex c. pastoralis 28. §. quia vero X. de offic. deleg. ubi dicitur, ordinarium exequi debere sententiam iudicis delegati, etiam si sciat, *eam esse iniustam,* regerit Zieglerus §. 18. nullam hic adesse illationem, id est, ab executori ad *iudicem non valere consequentiam.* Argumentum quintum est, *iudex non potest sententiam dicere ex instrumento scripturae non producta in iudicio, licet ei priuatim ita fuerit exhibita, ut plene cognoverit ex ea ius actoris, vel rei, ergo nec ex alia scientia priuata iudicare potest.* Zieglerus respondet §. 23. a scientia, quam habet judex ex priuatum exhibito instrumento, ad scientiam, quam habet ex proprio visu non valere consequentiam, quoniam alteri parti contra instrumentum priuatum iudici exhibitum muliere exceptiones competere possunt, unde etiam instrumenta in ipso iudicio producta non aliter probant, quam si recognita fuerint. Sextum & ultimum argumentum Couarruias desumit ex can. 4. canf. 3. qn. 7. in quo habetur, bonum *iudicem nihil ex arbitrio suo facere & propositio domesticæ voluntatis, sed eum iuxta leges & iura pronunciare &c.* reponit Zieglerus, sermonem in illo canone esse *de preconcepitis sententiis & iudiciis*

*cis domesticis, siue præsumptionibus, minime vero de certa
judicis scientia.*

§. XXIV.

Pro adstruenda sua sententia, quod nempe judex potius secundum propriam scientiam, quam juxta acta & probata judicare tencatur, sequentia argumenta adducit Zieglerus §. 31. seqq. Primum ex scriptura sacra, Exod. 23. v. 7. *mendacium fugies, insontem & justum non occides,* quod tamen fieret, si judex secundum acta & probata in casibus supra §. XXII. propositis judicaret. Secundum argumentum hoc est: *inducta ad unum effectum non debent contrarium ejus operari.* Atqui, dicit, actorum & probationum series inducta est, ut constet de veritate, e go illa actorum & probationum series veritatem opprimere non debet. Tertium ex fine probationum petit. Scilicet, *eas probationes attendi debere in iudicio, quæ fidem facere possunt iudicii.* Sed vero, inquit, probationes, quæ pugnant cum scientia judicis, non sunt tales, quæ fidem facere possunt iudicii, & ergo nec tales in ferenda sententia sunt adtendendæ. Quartum: *judex secundum veritatem judicare debet,* at vero, qui certo scit, factum ita reuera se habere, ut ipse vel vidit, vel audiuit, acta autem & probata falsa esse, non judicat secundum veritatem, si acta attendere, suam vero scientiam negligere velit. Quintum: conscientiae dictamen est, *nihil dici, fieriue debere, quod verum non est, quodue datum inferre possit proximo.* Damnum autem inferretur proximo, si judex non judicaret juxta propriam scientiam. Argumentum sextum habetur in § 31, quod *acta & testificata non simpliciter ex se fidem faciant, sed uti a iudice fuerint adprobata.* Ea vero ju-

judex non potest adprobare, quæ cum ipsius scientia pugnant.

§. XXV.

Hæc sunt præcipua argumenta, quæ ab utraque parte adduci consueuerunt. Nobis videtur primo, casus illos fictos, quos supra §. XXII. ex Zieglero adduximus, rarissime dabiles esse: deinde vero posito, eos aliquando dari posse, censemus, duas plane distinctas quæstiones ab inuicem separandas esse. Prima est: *an ille judex esse posse*, qui probationes in actis adlatas falsas esse nouit? secunda autem, *an is, qui judex est, contra conscientiam & scientiam propriam indicare queat?* prima quæstio est præjudicialis, adeoque si ostenderimus, eam negandam esse, secunda sine dubio otiosa erit atque frustranea.

§. XXVI.

Certo autem persuasi sumus, primam quæstionem negari debere. Hoc enim expediti juris est, neminem simul judicem & testem esse posse. Excipit quidem Zieglerus *d. concl. 35. §. 29. frustra adseri, quod index hac ratione se testem faciat*, cum teste opus non habeat judex, qui ipse aliquid vidit, verum hoc petitionem principii inuoluit & a Zieglero frustra adseritur. Judex de testimoniis a partibus litigantibus adductis judicium ferre tenetur, an sufficientia sint, annon, neutiquam vero ipse tamquam testimonis produci potest. Munus judicis & testis diuersissimæ naturæ est, & hinc in una eademque persona neutiquam concurrere potest, nisi absurdum quid statuere velimus.

§. XXVII.

Ergo, inquis, occultatur veritas, ergo innocens condemnatur ab alio judge, qui scientia veritatis facti destituitur. Imo non. Sed hoc exinde sequitur, quod judex ille,

ille, qui adcuratam facti notitiam habet, & tamen probations contrarias in actis deprehendit, totam rem Principi exponere, quoad hanc causam judicis officio sese abdicare & in classem testium transire teneatur. Ita inter alios jam olim statuit Huberus in tract. de jur. ciuit. l.3. sect. 2. c. 1. §. 22. faciendum, inquit, ut iudex ea causa se exoneret officio suo, ac inter testes potius auxilio veritatis adsit, conf. idem in prelect. ad tit. I. de off. jud. §. 3. add. Struuius in S. I. C. exerc. 44. th. 5. & Bachou. ad Treuil. vol. 1. disp. 12. th. 14. lit. E. & F.

§. XXIX.

Hæc tamen nostra adsertio non est ad mentem Frantzii l. 2. resol. 22. num. 26. seqq. quem sequitur Ziegler d. conclus. 35. §. 54. Putat Frantzkius, judicem neque salua offici ratione, neque tuto officium judicis depôneat & in testium numerum transire posse. Non saluo officio, quia jurejurando adstringitur, ut quod sibi justum videatur, judicet. Tunc vero, quando juxta propriam scientiam judicat, quid justum sit, exacte cognitum habet, ergo omnino judicet vinculoque juramenti se exsoluat. Non tuto, pergit, potest in numerum testium transire, quia unicum ejus testimonium tanti valoris non erit, ut contraria plurium dicta euertere & eneruare queat. Nec igitur tunc quidquam proficiet, & in hoc conscientia sue parum consulet, quod cum ex potestate judicaria absolue innocentem potuisset, nunc condemnari eum videore oporteat. Quæ causa est, addit Zieglerus, quod nec eorum probari queat consilium, qui judicem causam ad superiorem referre jubent, ut aut aliud sibi substituat, aut ipsem causam dijudicandam suscipiat. Nec tum enim euitari potest, ut innocens non damnetur, &

D

hic

hic tamen principalis finis, quare cedere debeat judicio
judex priuatim innocentiam rei cognitam habens, v. Fer-
dinand. Vasqu. l. i. controv. illuſtr. c. 14. Eadem quoque
sententiam fouet Perez ad tit. C. de offic. rect. prouinc.
num. 9.

§. XXIX.

Sed hæc quidem parum in recessu habere videntur.
Scilicet, adstringitur judex, ut judicet, quod sibi justum
videatur, verum non aliter, nisi quod æquum videtur *ex
actis & probatis*. Ergo si justum ex priuata scientia dijudi-
care vult, tunç non amplius judex esse potest, sed in testi-
um numerum transfire debet. At vero, dicunt Frantzkius
& Zieglerus, nos statuimus, judicem quoque secundum
priuatam scientiam judicare posse; sed respondemus,
hoc petitionem principii inuoluere, negamus enim, quod
recte ita statuant. Deinde, quamuis testimonium ju-
dicis, qui in numerum testium transit, singulare sit, tamen
& autoritate & circumstantiarum explicatione judicem
superiore mouere poterit, cum alias post sententiam
a se ipso latam testimonium ejus nullius sit futurum mo-
menti, prout loquitur Bachou. d. vol. i. disp. 12. th. 14. lit.
E. & F. & notum est, quod pro defensione etiam adten-
dantur probationes semiplenæ, ad minimum eo effectu,
ne ad poenam ordinariam deueniri possit. Satis ergo con-
fusat conscientiæ suæ judex in numerum testium transfi-
ens, quia ex potestate judicaria absoluere reum non po-
tuit, per ea, quæ §. XXVI. ostendimus.

§. XXX.

Maxima sane confusio metuenda esset, si judicibus
permitteretur, ut simul testes esse possint. Evidem
prout quilibet priuatus, ita etiam quilibet judex bonus

præ-

præsumitur; sed experientia quotidiana proh dolor! testatur, in quolibet statu deprehendi etiam desperitos & pessimos homines, qui nec leges, nec juramenta præstata curant. Si ergo statuimus, eandem personam simul judicem & testem in eadem causa esse posse: corruptis judicibus semper via pateret, ut casum pro amico exercere possent, sub prætextu, quod quamuis non secundum acta & probata, secundum conscientiam tamen & propriam scientiam judicium ferant. Hac certe ratione acta & probata frustranea erunt. Sidicis: Zieglerum aliosque solum de judicibus probis loqui; respondeo, hanc esse petitionem principii, an in uno alteroue casu speciali iudex probus sit, annon. Homo non scrutatur corda hominum, sed solus Deus. Ponamus & speramus, plurimos judices probos esse; interim tamen negari non potest, quin etiam aliqui improbi sint, qui thesi Ziegleri aliorumque admissa improbitatem suam conscientiae priuataeque scientiae suæ pallio obtegere possunt. Hac ratione autem multis non exiguum præjudicium inferri potest: nostra vero sententia admissa omnia illa præjudicia evitantur.

§. XXXI.

Quid etiam, si judex inferior non juxta acta & probata, sed juxta propriam scientiam judicauerit, causa vero deinde ad superiorum judicem deuoluatur, an hic superior juxta scientiam judicis inferioris judicabit? non existimo. Præuidit jam hoc dubium Frantzkius d. l. 2. resol. 22. num. 27. ergo sequentem in modum respondet: *quod si superior contrarium statuerit, noster hic erit excusatus, officio suo fideliter perfunctus.* Adsumo hæc & contra Frantzkium, ea inuerto: si judex inferior officio suo

D 2

que-

quoad hanc causam , cuius priuatam scientiam habet, se se
abdicavit & in testium numerum transiit, noster hic erit
excusatus, officio testis fideliter perfunctus. Et certe
judex superior magis attendet testimonium judicis, quod
tulit ut testis, quam quod reddidit ut judex & testis si-
mul, quia hoc posteriori casu suspectum est ipsius testi-
monium.

§. XXXII.

Illud valde absurdum esse existimo, quod addit
Frantzkius loc. cit. num. 29. illud tamen adeo absurdum non
erit, ut si secreto & circa scandalum fieri possit, judex carceres
aperies relinquas, quo captiuus in pedes se conjiciat & sibi fu-
ga salutem querat, quod remedium Dom. Soto l. 5. de just. &
jur. quæst. 4. art. 2. vers. quia etiam &c. proponit & sibi place-
re scribit Gutierez l. 2. quæst. canon. 29. num. 12. in fin. Soto,
Gutierez & consortes multa absonta habent, quæ nemo
probabit, qui micam falsis habet. Ipse Zieglerus d. concl.
33. §. 55. quamvis alias Frantzkii opinionem suam faciat,
hoc remedium improbat. Adponamus ipsius verba: e-
go, inquit, id æque minus tutum & haud parum absur-
dum esse existimo. Minus tutum, quia accusatus, quan-
docunque adprehensus fuerit, in carcerem iterum conji-
ci potest. Absurdum, quia non decet judicem, reum
sine sententia dimittere, aut absoluere. In judicio omnia
aperte, candide & sincere fieri debent, nulla locum inue-
niat collusio, nulla prævaricatio. Ita Zieglerus, qui ju-
dicem simul & testem eandem personam esse posse censet.
Et nos multo magis ita existimamus, qui judicem simul
testem esse posse penitus negamus.

§. XXXIII.

Hoc denique addo, non cohærere ea, quæ statuit
Zie-

Zieglerus aliquique, judicem non secundum acta & probata, sed secundum propriam scientiam judicare debere, eo casu, quando judex nouit, *accusatum esse innocentem*, bene tamen eum secundum acta & probata judicare adstrictum esse, si juxta acta & probata reus quidem sit innocens, judici vero constet, *eum nocentem esse*. Zieglerus d. *concl. 35. §. 36.* rationem diuersitatis adesse putat. Nam, inquit, condemnare certo innocentem cognitum, habet in se malitiam intrinsecam & materiam indebitam, non etiam absoluere publice innocentem probatum, licet reuera nocentem, in quem finem loco probationis Zœsiūm, Sigismundum Scacciam & Gabrielem Alvares de Velasco adlegat. Ego autem nullam diuersitatis rationem hic deprehendo. Argumenta enim, quæ Zieglerus intuitu primi casus adducebat, v. *supra §. XXIV.* eodem modo etiam ad secundum casum quadrant. Sane mentitur judex ex mente Ziegleri, siue illum, quem innocentem esse nouit, contra acta & probata condemnat, siue illum absoluit, quem nocentem esse ipsi constat, qui tamen in actis non est conuictus, nec confessus. Porro actorum & probationum series in neutro casu veritatem opprime-re debet, illæ probationes sunt adtendendæ, quæ fidem facere possunt judici, judex etiam secundum veritatem in utroque casu judicare tenetur, &c.

§. XXXIV.

Tangamus nunc quæstionem: *utrum judex contra aliquem procedere queat ex conscientia principis, licet ipse judex acta & probata in premiu non habeat?* Oldekopp in obseruat. crim. tit. 2. obs. 8. n. 11. hoc maxime periculosum esse existimat & ergo contrariam sententiam amplectitur cum Co:huanno ab ipso citato vol. 1. resp. 7. n. 51. & 52. Verum

D 3

rum postquam euolui Menochium *de arbitr. jud. quest. I.*
1. qu. 78. n. 4. & 5. quem etiam allegat Oldekoppius, de-
 prehendi, illam sententiam, quod judex ita procedere
 possit, non esse adeo iniquam. Nempe dicit Menochi-
 us, judicem per modum inquisitionis procedere posse,
 quamvis nulla acta adsint, modo id princeps jubeat, *si*
princeps causa cognita id jubet. Si ergo princeps de causa
 jam cognovit, utique acta jam adsunt & licet princeps ea
 simul non transmiserit judici, principis tamen testimonii-
 um, quod cause cognitione præcesserit, judici illi jam suffi-
 cere potest & hinc reuera judex in hoc casu nihil aliud est,
 quam nudus executor. Interim judex id ipsum ad acta
 scribicuret, quod princeps expresse dixerit, sibi de deli-
 cto & ejus fama constare, Oldekopp *I. c. n. II.* ibique Ma-
 ranta & alii citati,

§. XXXV.

Sed queritur: annon judici extra acta aliquid adse-
 renti credatur, si dicat, *fatum, quod adserit, notorium es-*
se? acta demum notorium inter partes inducere, supra
 §. IV. ostendimus, & ergo illud quoque factum, de quo
 in actis nihil habetur, tamquam notorium venditari non
 potest. Notatu digna sunt, quæ hic habet Oldekopp
obs. crim. 14. n. 13. seqq. judex, inquit, ne fidat quoque in-
 formationibus super delicto, quod dicitur notorium, ex-
 trajudicialiter adsumptis, illæ enim non sufficient, veluti
 ex aliis deducit & concludit Clarus §. fin. quest. 9. verf. item
quero. 5. in fin. debet enim constare judici, ut judici, de
 notorio, Rol. a Valle *vol. I. conf. 99. num. 16.* alioquin nec i-
 psi adserenti creditur. - - Quapropter cautus judex su-
 per notorio informationes ex officio adsumit, easque ad
 acta redigit, ne damnum, aut dedecus, patiatur. Pa-
 ria

ria habet Brunnemannus *proc. inquis. c. 4. n. 6.* utut crimen dicit, sit notorium, nihilominus adsumendæ sunt judici informationes, tam de delicto, quam de delinquentे, eæ querereditandæ sunt in scripturam, nam si postea negetur, delictum fuisse notorium, hoc ipsum ex actis poterit in continentि probari, nec timere necesse habebit judex periculum syndicatus, Clarus §. fin. qu. 9. n. 5. & si notorium sit crimen, autor potest esse ignotus, aut, si hic notus, causa est incognita, vel ejus defensio.

§. XXXVI.

Ex eodem fonte profluit, quando DD. statuunt, non esse credendum judici adserenti in inquisitione, *famam præcessisse*, nisi de ea fama aliunde adpareat pertentes examinatos, Clarus §. fin. qu. 31. n. 10. verb. *fama publica*. Oldekopp. *obs. crim. 8. n. 5. 6.* Prout vero alias, ita & in hac materia valde dissident inter se Doctores. Refert diuersas DD. opiniones Clarus *loc. cit.* Aliqui, inquit, dicunt simpliciter, quod sic, id est, prout antecedentia ostendunt, quod ex adseritione judicis, dicentis in libello inquisitionis, famam publicam præcessisse, dicatur probata fama. Aliqui distinguunt, an iudex procedat ad instantiam alicujus, an autem ex mero officio, ita quidem, ut si ad instantiam alterius procedat, teneatur ille, qui promouet inquisitionem, facere fidem de fama, si vero procedat iudex ex mero officio, credatur ipsi judici adserenti, famam publicam præcessisse. Rursus alii distinguunt inter judicem ordinarium & delegatum, ut scilicet delegatus non possit inquirere, nisi prius fama ipsa per testes probata fuerit, in ordinario autem, ubi procedat ex mero officio, sufficiat, quod extrajudicialiter ei de fama constet, ex quo inferunt, quod possit ordinarius formare

in-

inquisitionem, non examinatis testibus super infamia, & quod ubi recipiat aliquos testes super infamia, non tenetur eorum dare copiam reo petenti, sed tamen, si adpelletur ad superiorem, dicunt, quod teneatur iudex probare, reum fuisse diffamatum, alias processus esset nullus.

§. XXXVII.

Quilibet ex hisce distinguentibus, quos citat Clarius, opinionem suam communem esse & in practica servari dicit, prout semper fieri solet. Verum nobis videtur, omnes illas distinctiones genuino fundamento destituti. Judex enim, sive ordinarius sit, sive delegatus, sive ad denunciationem alicujus, sive ex mero officio procedat, extra acta aliiquid adserit, si super fama testes non examinavit, extra acta vero aliiquid adserenti non creditur. Ergo non sufficit vulgaris illa & generalis registratura, prout loquuntur: Nachdem bisher das gemeine Geschrey gegangen, vel nachdem bisher öffentlich auch so gar bey Zusammenkünften, Gelagen und Gasteren, u. s. f. geredet worden, daß Titius mit der Sempronia ärgerlich und verdächtig umbgehe, als habe man sich Ambris-wegen genöthiget befunden, wieder diese Personen zu inquiriren; sed ulterius quid accedere debet, quod verbis Dn. Präsidis in der Einleit. zum Peinl. Proc. c. i. §. n. exponam. Hierauf müssen diejenige Personen, welche etwa dergleichen Neden geführet, vorgefordert, und ihre Aussage mit Fleiß verzeichnet werden, wobei der Richter sonderlich dahin zu sehen hat, daß Er nach dem Ursprung des gemeinen Geschreyes fleißig inquirere, z. B. ob Zeuge den angezeigten verdächtigen Umgang selbst gesehen, oder nur etwa von andern davon ge-

gehört habe? Wenn nun der Zeuge das letztere bejaht, muß der Richter diejenige Person, darauf sich der Zeuge beruft, gleichfalls vorfordern, und auf sie jetzt gemeldte Art gleichfalls verfahren. Dieses ist deswegen höchst nothig, weil man viele Erempler hat, daß sich immer einer auf den andern berufen, und endlich die ganze Sache auf ein altes Weiber-Mährchen hinaus gelauffen ist. Ipse etiam Clarus non adtipulatur DD. illis distinguentibus, de quibus in §. præced. locuti sumus. Et certe, inquit, si obseruaretur illa opinio, quod crederetur judici de fama adserenti, posset quilibet judex procedere ad inquisitionem specialem criminis contra aliquem, adserendo, quod sibi extrajudicialiter constat, illum esse diffamatum de ipso crimen, quod esset destruere totam practicam criminalem, secundum quam prohibetur judici inquirere, nisi præcedat diffamatio, aut aliquid aliud, quod aperiat viam inquisitioni. Et dicere, ita pergit Clarus, quod si pars adpelleret, tenebitur judex facere fidem de infamia coram superiore, mihi videntur somnia vigilantium, cum bona via tantorum patrum. Et si quis vellet ista in practica obseruare, credo, quod omnibus se deridendum præberet. Tu ergo dic, quod ad hoc, ut judex possit inquisitionem suam fundare super diffamacione, requiritur, quod de fama constet per testes judicialiter receptos.

§. XXXIX.

Eodem modo non creditur judici extra acta adserenti, quod denunciatio inquisitionem præcessit. Ergo ad acta consignandus est dies facta denunciationis, nomen denunciantis, nomina testimoniis, ad quorum scientiam forte prouocauit denuncians & reliquæ circumstantiæ, quas

E re-

retulit, v. const. crim. art. 188. ibi: Ob aber die Klage von Ambtswegen herkomme, und nicht von sonderlichen Anklägern geschehe, (soll beschrieben werden,) wie dann die Klage an den Richter kommen, conf. Dn. Praeses in not. add. art. 183. & in introd. ad process. crimin. c. i. §. 6. & 7. Brunnem, proc. inquis. c. 8. membr. 4. num. 6. Clarus pract. crim. qu. 7.

§. XXXIX.

Porro omnia in actis fideliter sunt consignanda, quæ in tota inquisitione obueniunt, scilicet quid testes tam in inquisitione generali, quam speciali recepti deposuerint, quid inquisitus ad articulos inquisitionales responderit, qualis ipsius vulnus fuerit, an eum mutauerit, an trepidauerit, quid in actu confrontationis inquisici & testes dixerint, & similia. Notari hic præcipue debent nonnulli articuli ex constitutione criminali Caroli V. scilicet art. 181. usque ad art. 190. ubi semper dicitur, es solle der Ge richts Schreiber alles und jedes insonderheit ordentlich und unterschiedlich nacheinander beschreiben, & propterea Brunnemannus proc. inquis. c. 8. membr. 4. num. 6. recte monet, actuarios, quando præsertim in gratissimis negotiis versantur, citatos articulos sape perlegere debere.

§. XL.

Multa etiam in transmissione actorum a judice & ejusdem Notario delinqui, dicit Brunnemannus loc. cit. num. 7. quando scilicet judex in epistola ad collegium aliquid juridicum transmissa (Der Urtheils-Frage) interdum non nullas circumstantias narrat, de quibus tamen in ipsis actis nihil inuenitur, item, quando personam inquisiti tangentibus tamen actis ita describit, ut inquisitus eo magis

gra-

grauetur vel intuitu torturæ, vel etiam pœnæ dictandæ,
v. g. quando iudex dicit, inquisitum etiam ratione præte-
riti pessimæ vitæ fuisse, aut eum plura delicta commisisse, si
enim hoc verum est, testes super vita anteacta exami-
nandi, aut acta, in quibus aliorum delictorum coniunctus
fuit, præsentibus actis sunt adjungenda, ut iudex, qui
nunc sententiam concepturus est, de veritate adserti certus
esse queat. Sæpe laudatus Brunnemannus in tracta-
tu germanico Anleitung zu vorsichtiger Anstellung des
Inquisitions- Proceses c. 9. §. 3. hac de re ita loquitur:
Der Gerichts Schreiber muß sich auch alles ungleichen
Berichts wieder den Inquisitoren enthalten, und ihn nicht
in dem Neben-Schreiben graviren, da in denen Acten sol-
ches nicht enthalten.

§. XLI.

Ne autem fraudes ejusmodi malorum judicum de-
tegantur ab inquisitis ipsis, vel eorum defensoribus, hoc
medio uti solent, ut copiam literarum requisitorialium
actis non inserant. In tali casu autem collegia juridica
neutquam conniuere, sed fraudibus istis obuiam ire te-
nentur. Adponam hic verba Dn. Præsidis *in introduct. ad proc. crim. c. 10. §. 6.* Und aus dieser Ursachen muß die Ur-
theils Frage allezeit zu denen Acten geschrieben werden,
oder wann solches nicht geschehen, und doch etwas ver-
fängliches darinnen enthalten ist, pfleget man entweder
in das Urtheil mit einzurücken: daß vor allen Dingen die
überschickte Urtheils-Frage zu denen Acten zubringen,
oder welches das sicherste, man läßt die an das Juristen
Collegium überschickte Urtheilsfrage in originali zu de-
nen Acten, oder an das Urtheil heftten und schicket sie also
wieder zurück, daß die Acten auf solche weise volien.

E 2

kom:

kommen werden. Collegia etiam juridica talia plane adtendere non debent, quæ in ipsis actis transmissis fundamentum certum non habent.

§ XLII.

Sed quid, si judex in literis requisitorialibus aliquid adserat, quod ad favorem inquisiti tendit? v. g. si referat, inquisitum esse fatuum, vel infirmum, & hoc vel illo adfert laborantem, ut magnum torturæ gradum sustinere non possit. Judici hac parte etiam extra acta fidem adhibendam esse, existimant nonnulli, inter quos Brunnemannus est in *proc. inquis. t. 8. membr. 4. n. 7.* Verum, quemadmodum hic autor ipse mox subjungit, forte melius esse, si super his etiam circumstantiis testes simul examinentur: ita ego censco, hoc ex necessitate fieri debere & per consequens ne quidem hoc casu judici fidem adhibendum esse, si extra acta aliquid adserit. Alias enim improbus judex quemlibet sceleratum hominem ex arbitrio suo a tortura, vel plane etiam a pena promerita liberare, vel priori casu hoc ad minimum efficere posset, ut remissior torturæ gradus dictaretur, qui confessionem inquisiti non extorqueret. Publice interest, ut delicta detegantur & delinquentes condigna poena adficiantur. Ergo, quemadmodum non creditur judici, si in præjudicium inquisiti aliquid extra acta adserit: ita nec ipsi fides adhibenda erit, si in præjudicium publicum tale quid adserit, aut adferre præsumitur. Adserit autem aliquid in præjudicium publicum non solum eo casu, quando dolose veritatem mutat, sed quoque quando nudæ adassertio inquisiti, aut simulationi illius fidem habet, v. g. eum esse fatuum, ægrotum, &c. & sic per negligentiam peccat. Interim, quomodo inuestigatio in ejusmodi casibus per peri-

ritos in arte fieri debeat, de eo v. l. 6. C. de re militar. ibi: *nisi quos consulet medicis denunciantibus & judice competente diligenter examinante vitium contraxisse*, Paul. Zachiam quest. med. legal. l. 2. tit. 1. qu. 1. n. 1. 2. 3. Finckelth. ohf. 45. n. 5. Obseruanda hic simul est cautela pro defensoribus inquisitorum, ut scilicet, qui sciunt judici extra acta aliquid adserenti fidem non haberi, interim tamen inquisitus reuera est fatuus, imbecillis, ægrotans, &c. judicem imponorent, quo eo nomine testes examinet peritos consulat & omnia in actis fideliter consignari curet.

§. XLIII.

Interdum, ut Dn. Præses mihi retulit, enenire solet, ut judices non ipsa acta originalia, sed *excerpta solum ex actis inquisitionalibus ad collegio iuridica transmittantur*, queritur: quid hic statuendum? distinguendum esse existimo, utrum judex saltem consilium aliquod expetat pro informatione sua, an vero sententiam, quæ jus facere debet. Priori casu consilium dari poterit, sub conditione tamen, si acta originalia cum transmissis excerptis conueniant, unde in responsis & consilio semper hæc formalia inueniuntur: *Dem Anführen nach, dem Berichte nach, vel, dafern es sich dein Berichte, oder Anführen nach verhält, si enim judex quædam reticuit, quæ tamen in actis inquisitionalibus orig. n. lib. aliter deprehenduntur: responsum, quod obtinuit, ipsum non juuat, sed omnia in judicem redundant.* Posteriori autem casu collegium juridicum sententiam ferre non poterit, ne quidem sub conditione, de qua mox dictum fuit, quoniam sententia frustranea foret & deinde iterum aliud collegium juridicum cognoscere deberet, utrum excerpta cum ipsis actis conueniant, annon.

E 3

§. XLIV.

§. XLIV.

Quæ de judice adtrulimus, quod illi extra acta aliquid adserenti non credatur: ea quoque *ad membra singula collegiorum juridicorum* applicari possunt. Scilicet interdum ei, cui acta ad referendum, ut vocant, dantur, vel alteri cuidam ex collegio certæ circumstantiæ quoad factum innotuerunt, de quibus tamen in actis nihil certi reperitur: exponit eas referens, vel alias adseffor, collegio: testatur, istas veritati consentaneas esse, imo votum suum iisdem superstruit: certe reliqui adseffores ejusmodi circumstantias adtendere nec possunt, nec debent, quoniam referens, vel alias adseffor extra acta aliquid adserit. Optime dicit Franciscus Stypmannus *de referendis. c. 4. n. 13. & 14.* quod referendarius æquabiliter juxta acta & probata, juxta consuetudines & mores cujusque prouincie & illis deficientibus juxta jus imperii, vel commune, jus dicere & sententiam suam proferre debeat.

§. XLV.

Quæ hactenus de judice extra acta aliquid adserente tradidimus, ea maximam partem quidem causas criminales respiciunt, suo tamen modo etiam ad causas ciuiles applicari possunt. Interim nunc de *causis* ejusmodi *ciuibus* nonnulla in specie etiam adjicamus. Hic eadem regula obtinet, cuius sèpe hactenus mentionem injecimus, quod omnia in actis fideliter sint consignanda, citationes, mandata, accusationes contumaciae, depositiones testimoni, & quæ sunt similia, qua consignatione deficiente judici extra acta aliquid adserenti fides non adhibetur.

§. XLVI.

Quotiescumque etiam judex in processu jamdum moto aliquid decernere vult, acta presentia esse debent,

ma-

maxima enim calamitas partium litigantium in illis præcipue judiciis, in quibus diuersi adscitores sunt, hæc est, quando extra acta ad nudam petitionem unius alteriusue partis aliquid decernitur, unde sæpe in actis decreta sibi e diametro contraria reperiuntur, quo ipso nihil agitur, nisi quod partes sportulas frustra soluere teneantur. Saluberrime itaque constituit potentissimus Borussiæ Rex in der allgemeinen Ordnung die Verbesserung des Justitz Wesens betreffend *de anno 1713. §. 25.* Wie dann unsre eigentliche Willens Meynung es ist, daß hinführung weder in des Præsidenten, noch in der Räthe Häusern Supplicata mehr angenommen, sondern alle ohne den in der Cammer-Gerichts-Ordnung gemachten Unterscheid, bey denen Protonotariis und Secretariis, welche die Acta haben, überreicht werden sollen, die dann das præsentatum darauf so fort sezen und die Supplicata mit denen Acten dem Collegio vorlegen müssen, worauf das Collegium denen iedesmahl in dem Neben-Zimmer decreterenden Räthen die Supplicata mit bereits verhandelten Actis gizustellen hat, damit nicht, wie bishero, zeit währenden Verhören decretiret und die Judicantes dadurch distrahiret werden. Was hier dem hiesigen Cammer-Gericht anbefohlen wird, soll auch bey allen Unseren anderen zu reichend-besetzten und mit Arbeit ziemlich occupirten j. diciis, w. e obstehet, beobachtet werden. Similis locus notatu dignus est in §. 43. quem ex parte jam adduximus supra §. XX. Nachdem auch vielfältig geflaget worden, daß insonderheit in unsren höhern judiciis die Protocolla nicht vollständig gehalten werden und ad acta kommen, so sollen die Recesse von Wort zu Wort vom Munde aus in die Feder und aufs Papier, von einem

nem dazu vereydigenden Secretario, oder Canzeliſten
gebrach, der Bescheid zu Ende des Protocolls geichri-
ben und iedes Protocoll abſonderlich dergestalt ad acta
geleget werden, welche hiernächst geheftet und mit be-
gefügtem Rotulo wohl verwahret werden müssen, damit
folche auf Erfordern desto eher vollkommen und zwar mit
denen hinführō benzulegenden Protocollis aufgefunden
werden können. Und weiln bey einigen Gerichten da-
rin ein großer Mangel ſich eräuget, daß die Supplicata
nicht in pleno verleſen und resoluiret, ſondern bisweilen
in denen Häuſern die resolutiones abgefaſſet werden;
So ſoll dieses Letztere hinkünftig gänglich abgeſteilt, ſon-
sten aber die resolutiones in denen Gerichten, wo die Rä-
the nicht ſelbst die decretalia auf das memorial ſchreiben,
und vom ganzen Collegio unterschreiben laſſen, proto-
colliret, damit nicht decretal contra decretal ertheilet wer-
den und die Richter mehr unter ſich, als die Partheyen
ſelbst ſtreiten mögen.

§. XLVII.

Ratione eorum, quæ in ipso decreto, vel etiam ſen-
tentia testatur judex, valde quondam agitata fuit quæſtio
in Saxonia: *utrum credatur adiulatione judicis in decreto,*
vel ſententia de iis, quæ coram ipso geſta ſunt, quamvis in actis
de illis nibil habeatur, & quamvis a ſententia adpellatum fuerit? caſus hic fuit: T. actor contra D. & S. ex facta delegati-
one judiciali actionem intentabat: rei fundamentum actio-
nis, id est delegationem factam negabant, judex vero in
prætorio Lipsiensi in decreto aliquo testabatur, delegati-
onem factam fuiffe. Huic decreto innitebantur Dnn.
Scabini Lipsienses atque ideo reos ad ſolutionem ſummae
ab auctore petitæ condemnabant. Rei ad curiam prouin-
ci.

cialem supremam, quæ Lipsiæ est, prouocabant, ibique sententiam reformatoriæ obtinebant, scilicet, reos nondum condemnandos esse, nisi antea acto fundamentum actionis suæ, quod in delegatione positum erat, probasset, & ergo curia suprema Lipsiensis judici extra acta adserenti, quod delegatio facta fuerit, fidem non habebat. Actor T. ab hac sententia ad supremum adpellationis judicium, quod Dresdæ est, iterum adpellabat ibique pronunciabatur, primam sententiam in prætorio Lipsiensi ex informatione Dnn. Scabinorum latam confirmandam, sententiam vero supremæ curiæ Lipsiensis corrigendam & sic judici extra acta aliquid adserenti fidem adhibendum esse.

§. XLIX.

Res itaque inter partes litigantes tunc temporis decisæ fuit, nos etiam fidei & autoritati illastrium collegiorum, que reos ad solutionem condemnarunt, nihil detrahimus, vel detrahere possumus, sed certo persuasi sumus, speciales alias circumstantias adhuc in facto obuenisse, quæ fundamentum decisionis præbuerunt & quas tamen Carpzouius *decis.* 48. ubi de quæstione proposita agit, non adduxit. Liceat interim nobis pro recepta libertate academica quæstionem illam generaliter propositam considerare & rationes illas, quas Carpzouius ex jure adduxit, modeste excutere. Carpzouius illas sententias probat, per quas rei ad solutionem condemnati fuerunt & quarum fundamentum assertio judicis fuit. Argumentis sequentibus utitur: *primum* est ab insigni judicis autoritate desumtum, *quia iudex regulariter est vir bonus atque honestus*, ad quod probandum diuefas leges atque DD. adducit, l. 137. §. 2. ff. de V. O. l. 18 ff. *judicat. iohu l. pen.*

F

ff. de

ff. de procurat. Bald. in l. ceteræ. ff. famil. ercisc. &c. quibus quidem opus non erat, cum de generali illa præsumptione nemo dubitet, prout & nos ostendimus supra §. XVII. Secundum argumentum petit Carpzouius ex c. 6. X. de renunciat, in quo dicitur, *quod licet judex non semper ad unam speciem probationis adplacet mentem suam, sed ex confessionibus, depositionibus, allegationibus & alis, quæ in ejus presentia proponuntur, formet animi sui motum, tanta tamen sit judicialis autoritas, ut semper pro ipso presumi debeat, donec contra ipsum aliquid legitime comprobetur: quare, inquit Papa, si tu cor am Dulmeni episcopo & ejus coniudicibus nihil penitus probauisses, standum tamen sententie fuerat, nisi adversarius eam ostenderit irritandam.* Porro tertium argumentum depromittit ex c. 23. vers. porro excessus. X. de elect. & c. 28. X. de testib. & attestat. in primo textu c. 23. X. de elect. dicitur, *quod pro his, quæ a judice sunt acta, presumatur, quod omnia rite fuerint celebrata.* In altero autem c. 28. X. de test. & attestat. habetur prohibitio, ne unius judicis, quanquamque fuerit autoritatis, verbo credatur in causis, siue super testamentis, siue quibuslibet aliis contractibus questio agitur.

§. XLIX.

Hæc sunt argumenta a Carpzouio pro ea opinione adducta. Nobis autem ea insufficientia esse videtur. Primum enim quod adtinet, jam supra §. XIX. ostendimus, pro judice tunc solum præsumptionem esse, quando talia adserit, quæ in actis consignata inueniuntur. In casu proposito autem in actis non reprehendebatur consignatum, quod judicialis delegatio facta fuerit. Testari hoc debuisset registratura aliqua, non vero ex decreto judicis extra acta testantis probatio desumidebeat. Judici non

non creditur, nisi quatenus constat ex actis, & hinc licet arbiter, vel iudex, in sententia meminerit alicujus actus confessi coram se, adhuc tamen illud instrumentum sententiæ non probat acta præcessisse, nisi partes præsentes fuerint tempore prolationis sententiæ, adde, & tamen sententiæ non contradixerint, v. Mascard. vol. 1. conclus. 32. n. 55. & 56. ibique Bartolum, Baldum, Riminaldum aliquos citatos; in nostro autem casu rei sententiæ contradicebant eamque per remedium adpellationis impugnabant.

§. L.

Quod secundum argumentum adtinet, verba illa, quod iudex non semper ad unam speciem probationis adpliceret mensum suum, sed ex confessionibus, depositionibus, allegationibus & aliis, que in ejus presentia proponuntur, formet animi sui motum, recte sese habent nec nobis aliqua ex parte contrariantur; sed de eo saltem quæstio est, annon illæ confessiones, depositiones, allegationes & alia probantia in actis consignari debeant? de hoc autem nihil in cit. c. 6. X. de renunc. habetur. At vero, dicit Carpzouius, extat tamen expresse in d. c. 6. standum sententiæ esse, licet alter nihil probauisset; sed & hoc nobis non aduersatur. Contextus enim ostendit, quod quamvis defecerit probatio, alterius tamen partis confessio adfuerit, & ergo iudex ex illa confessione formauit animi sui motum, ut cum Papa Clemente III. loquamus. Pertinent huc verba finalia etiam, quæ in dicto textu habentur: *quia tamen præter ista (depositiones & allegationes) constituit de ipsius renunciatione spontanea per quasdam episcoporum literas & confessionem ipsius.* In istas forte: non tamen extare in textu, quod hæc confessio in actis consignata fuerit; sed regero, non extare et-

F 2

iam,

iam, quod in actis consignata non fuerit. Ergo præsumendum est, quod consignata fuerit, consignationem enim omnium, & in specie confessionum, præcise requirit c. n. X. de probat. quod retulimus supra §. XIII. in dubio autem inter nullas leges & sic nec inter textus juris canonici contradictione statuenda est, sed textus ex textu explicandus est.

§. LI.

Videamus nunc quoque de textibus illis, quibus tertium argumentum superstruit Carpzouius. Primus est in c. 23. X. de elect. qui nobis plane non obstat, verum enim est, quod pro his præsumatur, quæ a judice sunt acta, sed subintellige, modo hæc in actis consignata fuerint, confer iterum c. n. X. de probat. Alter est in c. 28. X. de test. & attestor. Carpzouio directo contrarius, quod non credendum sit unius judicis verbo, quantumcunque autoritatis ille fuerit, scilicet, quando illa, quæ judex adserit, in actis consignata non reperiuntur.

§. LII.

Remotis ergo hisce fundamentis, quibus innititur Carpzouius d. decis. 48. pro adstruenda sua sententia: validiora nobis ea videntur, quæ Curia Lipsiensis suprema fecuta est & ex quibus reos ab actione instituta absoluit. Primum defundum est ex cit. c. n. X. de probat. ubi dicitur, quod pro illius judicis, qui constitutionem ipsam neglexerit obseruare, processu non præsumatur, nisi querens in causa legitimis constiterit documentis. Per hæc vero legitima documenta nihil aliud indigitatur quam consignatio in actis facta, prout totus contextus ostendit. Alterum vero exinde petitur, quod nemo simul judex & testis esse possit, hinc non parum judicis testimonium suspectum, quippe qui pro ea parte præsumitur dicere, pro qua judicauit, prosp.

Fa-

Farinac. de testib. qu. 60. num. 89. scqq. unde fides non habetur judicii, quantacunque etiam dignitate præfulgenti, in causis coram se vertentibus testanti, c. 28. X. de testib. Fulu. Pacian. de probat. l. 1. c. 48. n. 20. nec creditur ejus adassertioni pro justificando decreto a se dato, Faber in Cod. l. 4. tit. 14. def. 7. Adducunt alias & hoc argumentum, quod nempe decretum eo minus probet, si per adpellationem, vel simile remedium a viribus rei judicatae suspensum fuerit; verum eo nos non utimur, decretum enim, vel sententia plane non probat, etiam si pars grauata ejusmodi remediis nondum usia sit.

§. LII.

Quid ad hæc Carpzouius? facile ea refelli posse autumat. Quoad primum argumentum respondet d. decif. 48. num. 22. quod quamvis pro judicis processu non præsumatur, præsumtio tamen sit pro sententia & attestacione judicis per sententiam facta, propter autoritatem & fidem, qua pollet judex ceu vir probus atque honestus. Distinguit ergo inter processum & sententiam, item inter processum & attestacionem in sententia factam. Scopæ dissoluta. Processus est fundamentum sententiae & adtestationis per sententiam facta. Ergo si pro processu non præsumitur, unde nasceretur præsumtio pro sententia & adtestatione per sententiam facta? alterum argumentum ita remouere vult: licet, inquit, testimonium sit suspectum, nec properea attestatio ejus plenam mereatur fidem; attamen præsumtio hinc dicto & scripto ipsius non est deneganda, quin potius ei standum, donec ab aduersa parte contrarium probetur, &c. petunt hæc id, quod in principio est, perinde ac sequentia: quod dictum, judicis adassertioni non esse credendum, id restringi debere ad eum casum, quo tamquam testis producitur, ut viua

voce deponat; se eus vero rem se habere, quando testatur de iis, quæ coram se gesta sunt, nam neque hoc intuitu judici creditur, nisi illa, quæ coram ipso gesta in actis consignata fuerint, si vero illa consignatio facta, tunc exinde nascitur præsumtio, quæ tamdiu valet, donec contrarium probetur, & hic est sensus textus a Carpzouio num. 24. citati c. 28.
X. de test. &c. attest.

§. LIV.

Ex saepè dictis, quod judici extra acta aliquid adserenti fides non habeatur, fluit quoque resolutio sequentis casus a Dn. Præside mihi communicati. Scilicet adserebat judex, quartam subhastationem certi alicujus prædii ad instantiam & accedente consensu illius, qui ante licitauerat, decretam & factam fuisse, licitator autem huic adserito contradicebat & responsum fuit, adscriptioni judicis fidem adhibendam non esse. Adponam integrum responsum illustris Facultatis juridicæ Halensis de hoc anno mens. April. Hat derselbe von der in contumaciam geschœhnen adjudication an die Königl. Preuß. Regierung des Herzogthums Magdeburg appelliret, es hat aber der Justiciar zu B. darauf apostolos refutatorios ertheilet, und darinnen unter andern angeführt, daß die vierde subhastation auf desselben reiges Ansuchen und mit dessen Einwilligung veranlaßet worden, welchem Anführen hingegen derselbe beständig widerspricht.

Ob nun wohl regulariter vor einen jeden Richter die Vermuthung ist, daß Er etwas, so in facto irrig, nicht adseriren werde;

Dieweil aber dennoch derselbe anführt, daß von dem angegebenen facto, als ob nemlich derselbe umb die vierde subhastation selbst angescuchet und solche mit dessen Einwil-

willigung geschehen sey, keine registratur in denen actis he-
findlich, wie dann derselbe auch nicinahlen darum ange-
suchet, noch darein gewilligt habe, und aus denen Rech-
ten bekandt ist, quod judici extra acta quid adserenti fides
non habeatur,

Brunnem. proc. inquis. c. 8. membr. 4. n. 7.
weshalb die vorhin angeführte presumption in dem Fall,
ubi registraturæ deficiunt, nicht adplicaret werden mag;
So erscheinet daraus so viel, daß des Justitiarii in aposto-
lis refutatoris gethanes Anführen wieder denselben als
ein Beweifsthumi nicht angezogen werden möge,
V. R. W.

§. LV.

Ex iisdem fundamentis profluit decisio quæstionis:
*an judici credatur, si adtestetur, adpelli tionem coram se hoc, vel
altero die esse interpositam? si adpellatio in scriptis interpo-
sita, & in schedula adpellationis dies ille, quo schedula ob-
lata, consignatus, vel si etiam in actis deprehenditur, quod
adpellatio stante pede oretenus interposita fuerit, prout in
nonnullis locis ita eam interponere permisum: res dubio
caret & adsertioni judicis juxta acta fides habetur, & hoc
etiam respicere puto illa, quæ illustr. Bergerus in *econom.
jur. l. i. tit. i. §. 19. nos. 7.* tradit, judici, ut tali, fidem sine ju-
rejurando haberi, ut testi, non haberi. Ita judici omnino
credi sine jurejurando, siquidem testetur, adpellationem
coram se hoc, vel altero die esse interpositam, & ita sena-
tum (supremum Tribunal adpellationis Dresdense) cen-
suisse in causa Annen Marien Gardini contra Susan-
nen Etmüllerin Consil. hybern. 1678. sed quid, si schedula
adpellationis in actis quidem reperiatur, dies vero (præ-
sentatum vocant practici,) in illa non sit consignatus, aut
dies quidem consignatus, sed hora factæ oblationis defici-
at,*

at, adpellatus vero neget, adpellationem justo tempore (ubietiam hora computantur, prout notum est,) interpositam fuisse? ego quidem existimo, in eo casu, quando ne quidem dies factæ oblationis in actis consignatus est, judici de oblatione justo tempore facta testanti si dem adhibendam non esse, quia extra acta aliquid adserit. Imo ex eadem ratione idem dicendum erit, si dies factæ oblationis quidem consignatus reperiatur, hora autem deficiat. Interim puto, exinde, quia libellus adpellationis, leuterationis, &c. in actis reperitur, pro adpellante oriri præsumptionem, quod fatalia adcurate obseruata fuerint, quæ præsumtio hoc operatur, ut adpellans ad juramentum supplementorum admitti possit.

§. LVI.

Judici extra acta aliquid adserenti etiam non creditur, quando de consuetudine testatur. Hinc actus tales, qui ad introducendam consuetudinem requiruntur, allegare tenetur. Quæritur, inquit Brunnen annus ad l. 34. ff. de LL. num. 4. an magistratus de consuetudine testanti credatur? quod adfirmatur, si de curiae stilo tessetur, nisi adleget stilum pro colorando facto suo, nam tunc in propria causa non semper credendum, nisi actus adl. get & consuetudinis requisita. Plenius rem exponit Meuius part. 4. decis. 2. & 3. nominare ergo debet judex partes, inter quas controversia fuit, alleganda quoque sunt acta, in quibus illa controversia, de qua quæritur, ventilata fuit, ut adsertio judicis ex actis probari queat, loquimur enim hic de actibus judicialibus, de quibus judex testatur, quamvis illi alias ad probandam consuetudinem præcise non requirantur, sed etiam extrajudiciales sufficere possint.

§. LVII.

Sirationem quæris, quare judici extra acta aliquid adse-

serenti non creditur, hanc cape. Jude^x dupli modo considerari potest, vel ut judex, vel ut priuatus. Quando ut judex consideratur, acta ab ipso separari nequeunt, si enim illa separantur, non amplius ut judex, sed ut priuatus consideratur, priuatus vero quando de facto proprio testimonium fert, fidem non meretur. Creditur ergo judici intuitu eorum, quæ vel ipse, vel alia persona juramento obstricta, in actis consignauit, hoc enim caſu consideratur ut persona publica, cuius testimonium præsumptionem veritatis pro se habet. Dico: *præsumptionem*. Interdum enim a maleuolis quoque judicibus nonnulla in actis consignantur, quæ veritati minime sunt consentanea, & hinc cuilibet liberum est, si contrarii probationem in se suscipere velit, quæ tamen probatio evidens esse debet.

§. LIX. Ex illis, quæ hactenus adtulimus, quod nempe judici extra acta aliquid adserenti non creditur, hoc etiam profuit, quod in illo caſu, quando cauſa controuersia a jude^x primæ instantiæ ad superiorem per modum adpellationis deuoluitur, jude^x superior de iustitia, vel injustitia prioris sententia^x judicare non possit, nisi acta primæ instantiæ, ut vocant, ipsi edita fuerint. Requiritur hic, ut acta primæ instantiæ adcurate conscripta sint, ita enim in *ordinat. camer. part. 2. tit. 32. §. 5.* Und nachdem etliche Richter umbilliger Weiß, oder aus Hinlänglichkeit ihrer Schreiber, den Tag des Monath^s und Stund ausgesprochener Urtheil unterlassen, ordnen und wollen wir, daß die Unter-Richter, von welchen an das Cammer-Gericht adpellirt, den Tag des Monath^s, und nicht nach dem Sonntag, oder Fest, desgleichen auch, so viel möglich, die Stunde der gesprochenen Urtheil und aller Handlung unterschiedlich lauter bestimmen und die Acta anzeigen sollen.

§. LIX. Acta a jude^x primæ instantiæ integre edenda,

G

&

& hinc plene accurateque per notarium (secretarium, vel actuarium) judicii conscribenda sunt, ut veritas habeatur & falsitas evitetur, v. Gail. 1. obs. 134. num. 12. Ruding. cent. 1. obs. 8. num. 2. Pertinet hoc iterum locus ex ordin. cam. part. 2. tit. 32. §. 4. Würde sich aber erfinden, daß die Acta in dem, oder sonst in andere Wege mangelhaftig, oder daß im verfertigen derselben geirret, sollen alsdann die Uнтерrichter, oder ihre Schreiber dieselbe auff ihren selbst eignen Kosten, ohne Nachtheil der Parthenen zu reintegrieren, oder wieder umbzuschreiben und den Parthenen vollkommen mitzutheilen schuldig seyn. Ita quoque non sufficit, si judex primae instantiae, extractum, ut vocant, ex actis primae instantiae transmittat, sed juxta modo dicta acta integra requiruntur, & huc spectare censeo, quod habet Mafcardus de probat. vol. 1. concl. 33. n. 1. acta producenda esse in secundo judicio speciatim, & non in filza, quam formulam loquendi usitatam vocat.

§. LX. Sed quid, si acta primae instantiae plane amissa fuerint? hoc casu in camera imperiali causa ex officio pro conclusa acceptatur & decernitur, ut si is, qui in prima instantia actor fuit, de nouo agere velit, id in ipsa camera facere debeat, prout diuersa præjudicia adducit Mynsing. cent. 1. obs. 11. Ruding. d. obs. 8. num. 2. quod si acta negligentia judicis, vel notarii manca & imperfecta sint, ac integre edi nequeant, judex partibus ad interesse tenetur & utrique parti in expensas litis condemnatur, prout in camera ita decisi sunt refert: Mynsing. cent. 1. obs. 11. Gail. 1. obs. 134. n. 14. qui & hoc addit, quod judex præterea poena aliqua arbitraria coerceri possit, Ruding. d. obs. 8. n. 5. & 6. Friderus Minda-nus 1. 2. de mandat. c. 47. num. 9.

§. LXI. Quærunt: an legato de latere fides adhibenda, si extra acta aliquid adserit? nonnulli, ut Imola, Romanus,

Fe

Felinus & Baldus, quos adducit Mascalodus *de prob. conclus.*
 35. n. 28. questionem adfirmant, existimantes, quod quando legatus a latere sententiam fert & in eadem acta præcessisse adserit, acta in processu præcessisse præsumuntur, quamvis talia non reperirentur; rectius vero ipse Mascalodus *loc. cit. num. 29.* contrariam eamque negatiuam sententiam amplectitur. Si enim supponimus, quod legatus a latere sententiam tuleit, non aliter, quam judex considerari potest, at vero judici extra acta aliquid adserenti non creditur, hinc Mascalodus *num. 31.* subjungit, non satis esse honestatem & dignitatem personæ, ut sibi soli fides habeatur in alterius præjudicium.

§. LXII. Non obstant dictis, quæ idem Mascalodus *concl.*
 140. habet. Dicit quidem *num. 1. seqq. car. finali* adserenti, sibi aliquid esse commissum a principe, siue romano pontifice, plenam fidem adhiberi, licet literas sui mandati non ostenderit, quam thesin multis modis ampliat; verum limitatione eandem *num. 10.* quod scilicet non procedat, quando ageretur de magno tertii præjudicio, tunc enim etiam Cardinali legato ronesse credendum dicit, nisi literas commissionis suæ ostenderit, in quem finem inter alia c. 28. X.
de testib. probationis loco adducit. Paucis: si cardinalis legatus tamquam judex in causis controveneris procedit, ipsi extra acta aliquid adserenti fides non habetur v. Mascalod.
d. num. 10. verb. hanc limitationem maxime procedere in his, que ipse cardinalis *ex suo officio & ex proprio arbitrio non posset disponere, nisi cum causa cognitione.*

§. LXIII. Redeamus ad judicem propriæ dictum. Mascalodus *conclus.* 35. *num. 7.* regulam a nobis positam & adstriccam limitandam esse certe in eo casu, quando duo judices de actis coram eis gestis testanuru, horum scilicet testimonium plene probare existimat. Verum non video, quomodo

do hæc adsertio cum altera cohæreat, quam ipse Mascardus passim defendit, nempe quod judici extra acta quid adferenti non credatur, conf. eundem *conclus.* 142. Duo judices nihil aliud sunt, quam duo membra ejusdem collegii. Jam quidem alias notum est, quod veritas consistat in ore duorum, vel trium testium; ast illa regula hic applicari nequit. Qui testimonium dicere vult, illud juxta præscriptum legum ferre debet, leges vero requirunt, ut illud, de quo judex, ut judex testimonium fert, in actis consignatum deprehendatur. Quod si ergo unus judex de eo testatur, de quo acta silent: testis ille est inhabilis. Si duo judices de eodem facto testantur: duo adsunt testes inhabiles, & ergo quemadmodum unus inhabilis nihil probat, ita nec duo plane inhabiles probationem nec plenam, nec semi-plenam efficere possunt.

§. LXIV. Altera limitatio, quam Mascardus, *d. conclus.* 35. n. 21. seqq. tradit, alicujus momenti esse videtur. Scilicet, adassertioi judicis in sententia factæ credendum esse dicit, *quando sententia in rem judicatam transit & antiqua est*, acta vero, ad que sententia ista se se refert, deinde non reperiuntur. Admitto hanc limitationem, si partes fatentur, sententiam ipsis præsentibus publicatam fuisse eandemque in rem judicatam transiisse, propter mirandos illos effectus, quos rei judicatæ tribuunt, quod ex nigro album & ex albo nigrum, ex non ente ens, ex non jure jus, ex non herede heredem, ex non vasallo vasallum, ex non filio filium faciat, quos flosculos ex Mascardo, Scaccia, Ayrero, a. llii. quæ collegit Zieglerus *dicas.* concil. 35. §. 6. neque supposci: is illis biennii lapsum postpublicatam sententiam requireo, quod Mascarius facit. Ex diuerso autem, si una ex partibus litigantibus negat sententiam se præsente & legitime citata publicatam fuisse, aut eam deinde in rem judicatam tran-

transiisse, adsertioni judicis fides non habebitur, nisi acta producantur, ad quæ sententia se refert, ex rationibus sa-
pius a nobis adductis.

§. LXV. Quemadmodum quoque statim ab initio hu-
jus nostræ dissertationis §. II. & III. diximus, quod in actis
duo principaliter obueniant, jus & factum: ita nunc quo-
que ad meliorem explanationem materiae a nobis pertra-
ctatae de differentia hujus juris & facti nonnulla adhuc ad-
denda erunt. Agit de hac materia fuse etiam Zieglerus in
dict. conclus. 34. tot. quæstionem ita formans: *urum judex*
aliquid supplere queat, quod actis deest? quod eodem recidit,
ut nos statum controversiae formamimmo: *an judicis ad-*
sertioni fides habeatur, quando aliquid adserit, quod in actis non
deprehenditur? multi sane sunt ex adiutoriorum numero,
qui eo quoque casu, quando de notissimis juris principiis
agit, leges civiles adducunt, & tunc judex, si ad hæc quo-
que adlegata in sententia prouocat, extra acta nihil adserit,
& ergo de hoc casu nulla plane quæstio est. Dubium sal-
tem, ut videtur, in altero casu adest, an judex eo effectu, ut
ipsi fides adhibenda sit, leges & Doctores adducere queat,
de quibus in actis nihil reperitur? & hic salua quoque res
est, quoniam jura sunt certa & propterea eorum adductio
specialis non requiritur, sed judex vi officii etiam jura a
partibus litigantibus non adducta ad facta obuenientia
controversia applicare obstringitur. Pertinet huc Parisien-
sis curie ad adiutoarios de jure se inuicem fatigantes di-
cterium: *venite ad factum, curia scit iura, v. Syppmann. de refe-*
rendir. c. 5. num. 105. nec non integer titulus codicis: *ut que-*
desunt adiutoriis partium judex suppletat. Hinc si pars altera
adlegaret legem ad propositum minus facientem, judex
certe alia lege magis accommodata uti potest, conf. Brun-
nemann, *ad I. un. C. d. tit.*

§. LXVI. Fides ergo judici tunc saltem non habetur, quando *quoad factum extra acta* aliquid adserit, aut, quod idem est, *quoad factum aliquid supplet*. Hic vero duos causas distinguit Zieglerus *d. conclus.* 34. § 7. alter, inquit, est, quando *judex ad factum aliquid addit & singit atque presupponit*, taliter factum fuisse, de qua tamen qualitate, aut *additamento*, plane nihil ex actis adpareat. Alter est, quando dicunt, posse suppleri a *judice*, quae desunt, non quidem per modum *fictionis* & ex *imaginariis* *pra suppositis* in *factum illatis*, sed per modum *explicationis*, majoris dilucidationis, & ut eruatur atque in cognitionem veniat id, quod reuera factum est, et si a parte non adlegetur. Ultimus, addit, hic supplendi modus nec prohibitus est, nec ad hanc *inspecionem* pertinet.

§. LXVII. Ut eo melius de Ziegleri mente constet, exempla ab ipso in § 8. & 9. adducta etiam subjiciemus. Primum hoc est: proponitur ab *auctore libellus generalis & incertus*, aut a *reto talis exceptio*, quae incerta plane est & obscura. *Judex*, si hic jubeat, alium libellum offerri, aut exceptionem magis perspicue opponi & explicari, nihil omnino tum supplet in *facto*, sed potius supplet de *jure*, ne ex probatione generali & incerta super exceptione generali *judicium fiat elusorium*, cum super incerto certa ferri sententia nequeat, & si libellus *incertus* sit, delibere non posit *reus*, cedere, an contendere velit, Aluar. Valascus *consultar.* 97. *num. 1.* neque hinc dici potest *judex*, quod in *facto* suppleat, sicuti ad eruendam facti veritatem, quae in obscuro est, interrogationibus utatur, Frid. Hiltrop. *in process. part. 1. tit. 19. num. 100.*

§. LXIX. Recte se habent, quae hic adstruit Zieglerus. Nec est, ut quis officium *judicis mercenarium crepet*, si enim *judici* non obstante *hoc officio* permittitur, de quo ne-

nemo dubitat, ut post longas partium disceptationes pronunciet: **D**ass Beklagter auff die Klage, innassen sic angebracht, sich einzulassen nicht schuldig, quare, quæso, ipsi non permetteretur, ut mox auctorem ad libellum, quem obscurum & ineptum deprehendit, melius formandum adigit? ego certe ad officium nobile pertinere existimo, ut lites quoconque modo abbreuientur, quoniam protractio processuum cum utilitate subditorum & reipublicæ pugnat. Interim hoc adhuc moneo. Scilicet, quoniam ipse Zieglerus fatetur, judicem hic non in facto, sed in jure aliquid supplere, me nondum adsequi posse, quare Zieglerus duos casus (v. § LXVI.) suppletionis in facto sustinerit & posteriore exemplo adlato illustrare voluerit.

§. LXIX. Videamus nunc quoque alterum Ziegleri exemplum in §. 9. d. conclus. 34. Pari modo, inquit, si exceptiones, de quibus ex actis manifeste constat, attenderit iudex, & propter eas reum absolverit, ut maxime ab eo adlegate non fuerint, nihil ille supplet in facto, cum istæ exceptiones jam facto insint & exactis probari luculenter queant, nec enim omnino suppletur, quod ex ipsis actis & instrumentis litis colligitur, Ant. Faber cod. l. 8. tit. 23. def. 36. sic enim quando exceptio oritur ex ipso contractu, non est dubium, si ex actis de ea constet, judicem eam ad extendere posse, ut maxime nullam ejus mentionem fecerit reus. Quod magis obtinet tum, sicuti per exceptionem, de qua ex actis constat, actio ipso jure elidatur, quia tum actio plane non competit, & judicium hinc frustraneum fit, cum nemo sine actione experiri possit, v. Zanger. de except. p. 3. c. 26. n. 15. seqq. Matth. Coler. de proc. execut. p. 4. c. 1. n. 93. seqq.

§. LXX. Omnia hæc iterum sese recte habent. Verum cum ipse Zieglerus & hic fateatur, sermonem esse de ejusmodi exceptionibus, de quibus ex actis manifeste constat, non video, qua ratione etiam per hoc exemplum diuersi illi duo casus a nobis in §. LXVI. ex Zieglero adducti illustrari, vel explicari queant. Me-

lius ergo forsitan erit, ut illis duobus casibus repudium mittamus & cum dicto autore in §. 20. d. conclus. 34. concludamus, in facto ipso & circumstantiis ejus nihil omnino supplere a judice posse. Videretur enim tum ille adsumere partes aduocati, quod judicem minus decet, conf. Sig. Scaccia de judic. l. 2. c. 7. qu. 1. n. 34. Aymo Crauetta conf. 134. n. 1. Durum esset & periculosum litigare, aut judicium subire, in quo tam laxa foret judicis potestas, ut supplere, & quod factum non est, quodque ignoratur, factum fuisse, ut factum præsuppone e liceat.

§. LXXI. Dubium adhuc occurrit: *anon in causis personas miserabiles, causas pias & dotem concernentibus judex factum supplere querit?* & per consequens, *anon judici creditur, si in his casibus extra acta aliquid adseratur?* video, hanc quæstionem nonnullos affirmare, ut Affl. Etum & alios, quos citat Brunnemannus in comm. ad l. un. C. ut quæ defunt aduoc. part. ubi idem quoque intuitu causarum publicarum edstruitur. Ego saluo aliorum judicio dissentio. Eadem enim ratio hic militat, quæ judici extra acta quid adserent, i. alias fidem habendam non esse suadet. Alia quæstio est, quam DD. cum prius adducta sine dubio confuderunt, *anon judex in causis publicis, & quæ singularem fauorem in jure habent, testes ex officio examinare possit?* quam facile adfirmamus, interim tamen, si ejusmodi testium ex officio examinato rum depositiones in actis deinde consignantur & judex sententiam ferens ad easdem prouocat, de judec dici nequit, quod extra acta aliquid adserat.

§. LXXII. Multos casus speciales adhuc cumulare potuissim; sed partim superfluum hoc videbatur, cum rite positis & intellectis fundamentis de conclusionibus exinde profluentibus facilis negotio, judicium ferrari queat, partim quoque tempore excludor, abitum enim ex illustri hac musarum fede in patriam meditor. Deo optimo maximo pro omnibus iam me hactenus collatis beneficiis immortales persoluo gratias, ejusque clementiae in futurum quoque me commendando, & sic esto

F I N I S.

875
PRÆNOBILISSIMO ATQUE DOCTISSIMO

DOMINO RESPONDENTI.

S.

MUNIBUS VARIIS QUIT MUIT

Dulce profectò munus est, & dubito an quicquam dulcius, quam Amicis gratulari. Fortuna enim ipsi secunda nos quoque arvidet, & gaudia illos exhilarantia, animum quoque nostrum demulcent. Sinas itaque, Doctissime Domine Respondens, ut, cum firmissima amicitia sociatos nos teneat, officium illud hinc literis subeam. Questionem tuam: an iudex extra acta quicquam adserere possit? tractasti quam solidissime, & Eruditis diversimode sententibus firmum fatus, cui innitonitur, fundamento responde: Non est, quia veritas, non eruditus, cuius examini aique judicio disputationem Tuam submissili, secus ne judicet. Dum enim illam sententiam inculcas: nefas esse, Judicem ex propria conscientia & opinione judicare, sed testes & documenta normam ipsius arbitrii esse debere; pari quoque ratione non in eos compromississe videris, qui animo prejudiciorum nebula obfuscato quecumque dijudicant, sed eos tantum TE agnoscere Judices, qui recta ratione, & probatione a TE facta de veritate asserti Tui judicium ferre velimi. Cuī monito tacite a TE dato, quin cordatores dicto audientes sint futuri, eos minus dubito, quo certius mihi constat, nihil eos prius nihilque antiquius habere, quam ut veritas detegatur, errores evellantur, & solida eruditio propagetur. Quæ cum ita a TE praestata sint, ut non tantum spem, quam de TE conceperamus omnes, expleveris, sed & superaveris; non p̄fsum non, quineam, quam inde hanc, animo voluptatem Tibi, Doctissime Domine Respondens, tefer, & de elegantia hoc eruditonis Tuae specimine ex corde gratuler. Addas Summum illud Numen, quod Tibi semper adfuit, in posterum quoque Studiis Tuis suam benedictionem; omniaque tua incepta secundet, ut in Clarissimæ Tuae familie gan-

816

gaudia, Patriæ emolumenta & orbis litterariorii decus crescas &
floreas. Interim autem in patriam reversurus ne mei obliviscas
ris, sed continuo Tuo favore amplecti pergas etiam atque etiam
peto

TUUM TUI OBSERVANTISSIMUM,


M A T T H . V O N W I C H T ,
Aurica-Erifonem.

L'Etoffe se connoit par un echantillon.
Par votre coup d'essai Vous Vous faites connoitre:
Les connoisseurs diront que c'est un coup de maître;
Et nul ne parlera de Vous d'un autre ton.

Perrinettes cher amy, que ; ajoute ma voix
Aux aplaudissemens d'un scavant auditoire.
Que cet acte public vous va combler de gloire!
Et que vous voyez clair au Dedale des loix!

Au chemin du scavoir faites toujours des pas.
L'avenir vous promet une gloire infinie:
Vous ferez le bonheur, l'honneur de la patrie,
Vivés, vivés heureux, & ne m'oubliés pas.

C. E. BACMEISTER,
d' Aurich en Ossfrise.



807

NOBILISSIMO ATQUE DOCTISSIMO
DN. RESPONDENTI

S. P. D.

P R A E S E S.



Ostquam haetenus per aliquot annos in utraque Salana, Jenensi scilicet atque Fridericana Halensi, studio juridico sedulo operam nauasti & nunc post reditum in patriam, quem meditaris, inter causarum patronos nomen profiteiri constituisti: non inconueniens esse duxi, ut hac epistola vale Tibi dicerem admixtis nonnullis de officio & qualitate aduocatorum. Aduocati sunt homines, qui laudantur ab his, culpantur ab illis. Cur ita? quia sunt homines. Homines sunt vel boni, vel mali, probi, vel improbi. Hæc distinctio ad omnes homines pertinet in quo-cunque statu viuant, nullo excepto, & sic etiam ad aduocatos adplicari potest. De Aduocatis probis imperatores loquuntur in L.14. C. de aduocat. diuersi. judicior. quod dirimant ambigua fata causarum, suæque defensionis viribus in rebus saepe publicis ac priuatis lapsa erigant, fatigata reparent, & non minus prouideant humano generi, quam si præliis atque vulneribus patriam parentesque saluarent. De improbis sermo est Ammiano Marcellino, quod apude eos libertatem temeritas, constantiam audacia præceps, eloquentiam vero inanis quædam imitetur fluentia loquendi, & qui dicente Zieglero de jur. majest. l. 2. c. 2. §. 40. nihil possunt aliud, quam malam causam

878

sam in infinitum trahere & suspendere. Habes qualitates proborum & improborum aduocatorum: habes aduocatos, qui rite officio funguntur, & qui a tramite recti recedunt. Crede & hoc, quod interdum numerus improborum major vincat numerum proborum minorem. Inter quos jam nomen tuum profiteri constituisti? ego vero certus sum, Te, prout omnes homines improbos fugis, ita quoque omnes rabularum malignas artes auersaturum esse. Certus propterea sum, quoniam per integrum illud tempus, quo auditor & inquilinus meus fuisti, hominum proborum consortium sectatus es, ab helluatinibus & commessionibus abstinuisti, collegia adsidue frequentasti, & quod maximum est, priuatam etiam industriam legendo & repetendo probasti. Sunt proh dolor! admodum multi, qui pro causarum patronis se gerunt, & qui jura ad factum applicare volunt, qui tamen jura nondum intelligunt, sed futuro demum tempore, si Diis placet, ea sumtibus clientum addiscere volunt, audaces interim, nugiuenduli & maledici. Hi dignissimum aduocatorum ordinem conspurcant & in causa sunt, ut non raro omnes etiam probi aduocati parui fiant. Sed haec sunt virtus personarum, non ipsius ordinis. Tuum, amice, officium erit, ut æquum ab iniquo separares, licitum ab illicito discernas. Hoc est officium omnium proborum aduocatorum. Tua qualitas erit, ut sis pius, candidus atque sincerus. Haec est omnium aduocatorum proborum qualitas. Si talem Te geferis, de quo nullus dubito, & Deo & hominibus gratus, & ita verus causarum patronus eris. Ita Te Deus adiuvet. Vale, amice suauissime, & mei etiam memor esto. Dabam
Halæ d. XXI. Septembr. MDCCXV.

ULB Halle
004 950 143

3



Bra. 8. num. 9. 3
1715 1720

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red


Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



4
DISSERTATIO JURIDICA,
DE
**JUDICE EXTRA
ACTA ALIQUID
ADSERENTE,**

7. 4. 6. 3
adnuente diuina gratia,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
D N. CAROLO,

PRINCIPE BORUSSIÆ, MARCHIONE BRANDEN-
BURGICO, RELIQUA,

In Illustri Fridericiana,
P R Ä S I D E
**JACOB O FRIDERICO
LUDOVICI,**
J. U. D. ET PROF. PUBL. ORDINAR.

Ad d. Septembr. M DCCXV.

H. L. Q. C.

Placido eruditorum examini submittit

JOHANNES CHRISTIANUS Söhm
Arnshaugenfis Saxo.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,
Litt. CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typogr.

